

Præcipue vero Sacerdotibus conveniunt pia colloquia; sicut enim stomachus concouit cibum, eumque in singula membra dividit; ita illi quod ex Scriptura Sacra, & studio sacro hauserunt, inter membra Christi utiliter dispartire debent. S. Ambrosius comparat illos apibus: sicut enim apes, ita & illi de Divinarum Scripturarum foveolis luxuria mella conficere, & quicquid ad animarum medicinam pertinet, oris sui arte componere debent. C. 1. Petr. 4. v. 11.

S. Barlaam fingens se gemarium colloquio pio de æternitate convertit Josaphat filium Regis, eumque relicto mundano in solitudinem trahit. &c. S. Abrahamus Neptem suam Mariam lapsam in fornicationem, fingens se mercatorem rediit in viam salutis. C. in Act. Apost. c. 17. v. 2.

## MUNDUS ETUSQUE VANITAS.

266. Non satiat cum omnibus delitiis.

**O**leum vidua Sareptana affuebat, factus Virginibus deficiebat. Cur? Respondet Hugo a Sancto Victore: *Oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi delatatio præsentium.* B. ferm. 3. n. 10. seq.

Sicut pulli gallinæ inter se rixantur propter vermiculum, ita homines mundani discipant & sibi invident propter meum, & tuum. B. ferm. 53. n. 21.

Mundana felicitas habet calicem in manu sua: Quid mirum si mundani non fatiantur? quomodo enim possibile est ex uno calice omnes satiari? M. conc. 34. aff. 2. n. 8.

Ratio autem cur mandanorum fctis nunquam fatietur, est, quia delicia mundi non penetrant ad animam. David clamat: *Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum.* Quid fctis, o David, ad delicias, victorias, divitias? habes hæc omnia. Nempe, sicut si fabricantur aqua tantum ostenditur, fctis non extinguitur, quia aqua non penetrat ad locum fctis: ita mundana omnia non fatiant, quia ad animam non penetrant, ait S. Vincentius Ferrerius. B. ferm. 3. n. 11.

Demon impedit, ne fatientur peccatores voluptatibus, sed semper famelici sint, sicut filius prodigus, ut nunquam perveniant ad saturitatem. M. conc. 34. aff. 2. n. 9.

Sicut aer & ventus, cum non sint cibus proportionatus corporis, non illud possunt nutrire: ita quia omnia creata sunt

vanitas, nequeunt hominis animam exsatiare. Lohner tit. *Resignatio* §. 8. n. 11. Mundi creaturæ omnes vanissimæ. Quia respectu Dei sunt purum nihilum. 2. Quia non satiant desiderium hominis. 3. Quia illarum abusus facile servit ad interitum. C. Eccl. 1. v. 2.

267. Contrarius Deo in suis iudiciis.

Mundus contradicit Deo in suis principiis: nempe, Nemo læditur nisi a seipso per peccatum; cetera enim mala omnia mala non sunt; quia possunt esse occasio ad bonum. Paupertatem mundus malum vocat, sed aliter loquuntur Apostoli, & mille generosæ animæ, quæ mundum deseruerunt. Morbos mundus malum vocat; sed loquatur Lazarus quid illi profuerit ægrum fuisse. Persecutionem mundus malum vocat; sed per persecutionem Josephus fuit, ad solium promotus, & innumeri Martyres ad coronam. &c. B. ferm. 5. §. 1.

Sicut sidera in se pulcherrima nihilominus notantur nomine uris, leonis, capri, cum tamen nihil minus sint, quam ursus, leo, caper: ita adversitates malum dicuntur, dum tamen nihil minus, quam malum sint.

Contra honores, divitias huius mundi non vera bona sunt, sed imaginaria, & illusoria. S. punct. 64. fol. 221.

Mundus sæpe honorat impios, justos contemnit: Sic Josephus innocens in carcere gemit, adultera quæ illum persequebatur, domi in honoribus vivit. Sæpe laudabile, aut saltem sine culpa est, quod capitur. Martha prodit factorem sui fratris, tam tenere a Christo amati, ut illum a mortuis resuscitavit. M. conc. 20. §. 1. n. 9. & seqq.

Ratio est, quia non rationis ductum, sed consuetudinem, aut voluptatem, non legem sequitur. Sic Seneca mundanos, ac evanidos pecoribus comparat, *pergentes non quo eundum est, sed quo itur.* Et iterum: *inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componitur, sed consuetudine abducimur.* B. ferm. 41. n. 1.

Sanctus Angustinus de seipso fatetur, non rationis ductum, sed morem apud se valuisse; puduit enim eum inter impudentes non esse impudentem. S. punct. 20. fol. 79.

268. Tendit ad caelum per aliam viam quam Sancti.

Vide Titulum: *Sancti.* Sponsa clamat: *Trabo me post te,* scilicet per cruces; & labores: Ubi S. Bernardus: *Quam pauci post te Domine JESU ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo sit, qui no-*

lit. S. punct. 47. fol. 182. Elias igneo curru ad caelum rapitur: mundus autem molli lectica illuc pervenire cupit. S. punct. 48. fol. 185.

S. Bernardus miratur misericordiam Christi erga latronem, atque ideo fuisse susceptum ad gloriam, quia fuit socius crucis: deinde subjungit: *Omnes conregnare cupiam, sed non compati, non curant quætere, quæ tamen desiderant invenire, cupientes consequi, sed non sequi.* M. conc. 43. aff. 1. n. 10.

Nicodemus noctu venit ad Christum, ut non offendant Judæos, & suo principatu deponatur: ita mundani volunt servire Deo, ut non offendant diabolum. &c. M. conc. 14. aff. 2. n. 2.

Mundani dupliciter cupiunt esse beati, volunt hic terrenis, & ibi æternis bonis frui: sed frustra! Deus exprobat illis: *Ulynequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si Baal (id est mundus) sequimini istum! utrumque simul possidere, nemo potest.*

Sancti, prout enarratur in omnibus vitis Sanctorum, amaverunt paupertatem, contemptum, carnis mortificationem, jejunia, vigiliis, aliaque opera pia amore Dei exercita. Contra mundanos homo quatit, & amat divitias, honores, voluptates, omniaque carnis commoda, & tamen se salvandum sperat? Verum frustra, & inaniter! sicut oculum, ait S. Cyprianus, simul ac semel caelum & terram aspicere nequit: ita mundi amor & Dei simul in uno corde habitare non possunt. Et S. Hieronymus: *Impossibile est, ut presentibus quibus, & futuris fruatur bonis, atque hic ventrem, & ibi mentem impleat.*

269. Inheret sensibilibus, non curat insensibilibus.

Patriarcha Isaac, dum cæcus benedictionem primogenito dare vellet, a Rebecca deceptus secundo-genito dedit: aiebat: *Fox quidem Jacob, manus autem Esau.* Cur ergo non potius voci credit, quam manui? audi Sanctum Anto-

nium Patavinum: *Quidam excecantur longa consuetudine peccatorum, & isti figurati sunt per Isaac. Fidei quidem vocem audiunt, sed manu utraque apprehendunt vanitates: Evangelium verum esse credunt, sed vivunt ac si falsum esset. De his Isaac: Quis cæcus nisi servus meus? B. ferm. 14. n. 4.*

Dux Albanus insigni victoria Saxone profigans, per Galliam itinerans Franciscum Regem salutavit, a quo questus verumne esset, in eo prælio duos foles in cælo vifos esse, reposuit, se tunc ita fuisse occupatum in terris, ut non videret, quid ageretur in cælis. Sic multi occupantur terrenis negotiis, ut non attendant ad cælestia. T. n. 371.

Nolite effici parvuli! sicut pueri frustum vitri magis amant, quam unioem, & luteam domum magis quam palatium regis; ita mundani avidius inhiant perituris mendæ nugis quam bonis cælestibus. Percurrant omnes hominum status, lustremus Aulas, Curias, Arces, Mercatorum tabernas, opificum officinas, rusticorum mapala, & pauperum etiam casas, videbimus omnis generis homines cientes potius de suis negotiis, curisque temporalibus, quam una vice de Deo, rebusque cælestibus cogitare. Talpa sunt mundani amatores, in tenebris scrobibus subter terram latent, & cali faciem nunquam aspiciunt!

270. Planus est falsitibus & deceptionibus.

Propheta ille semper falsa prædixit, de quo in libris Regum legitur: Ubi S. Antonius Paduanus ait: *Propheta (scilicet mundi) vanitas, quæ semper falsa prophetat.* S. Bernardus ait: *Mundus est, ubi male plerimum, sapientie modicum: sophisticando enim suas viles merces occultat onera sub honoribus, pericula sub dignitatibus, dolores sub deliciis, languores sub divitiis.*

Iner somnia & bona huius mundi est maxima similitudo: sicut enim somnia solum æstimantur a dormientibus, a vigilantibus vero ridentur, ita contingit, in bonis miseræ huius terræ: dormientes, id est mundani, qui habent intellectum vaporibus obfuscatum, æstimant illa: Sancti vero, qui juxta mandatum Christi vigilant, o quam parvi illa faciunt! Igitur non dormiantus, sicut & ceteri, sed vigilemus: Demon conatur quidem animo tuo conciliare somnum, ideo pro-

curat,

curat, ut omittas orationem, exosa tibi facit opera poenitentiae, invitat ad commensationes, & oblectamenta &c. Tu non ita / sed fac oppositum illi quod suadet amon. Segn. Manna 23. Aug. n. 1.

Deus produxit mundum ex aquis: ergo melius considerari non potest mundus nisi in aquis, elemento semper instabili. Accede ad lacum stagnantem, dirige oculos subtus ripam ceteriorem, videbis reversa omnia: homines capite deorsum pedibus sursum ambulantes, adificiorum infima pars est caelum, suprema fundamentum, arbores etiam radicem in altis, ramos in profundo habent, &c. Sic in mundo paradoxa sunt omnia: virtus deprimitur, vitium exaltatur, pauperes contemuntur, divites laudantur, terrena & peritura prae aeternis aestimantur.

Labanus fugienti Jacobo exprobrat: *Quare ita fecisti?* En iterum in his verbis ingenium mundi? 1. Licet sciret se sua perfida causam dedisse iusto fugienti, tamen culpam in justum reiecit: sic Achab Eliam criminabatur, quod turbaret Israel. 2. Laban fingit se amicum, cum esset adversarius. 3. Prodit suam furtivam, & impietatem in colendis Diis, qui se a furibus custodire non poterant. 4. Ait: *Stulte egisti!* sic mundo loquuntur, quidquid pii agunt, aut loquuntur. &c. C. in Gen. 31. v. 26.

*Præterit figura huius mundi.* Ubi Bernardus ait: *Noli amare presentia, quia possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant.* Sicut navigans sine ster, sive sedeat, sive dormiat, sive vigilet; semper vadit, quia impulsu navis vehitur; ita nos, ait S. Gregorius semper ad finem tendimus. Mundus est instar scenæ, in qua peracta fabula personæ intrant, & abeunt. Seneca interrogat: *Dic o Villa, o domus, o pecunia, quot Dominos habuisti? quos adhuc habitura es? ubi nunc Salomon? ubi Samson? ubi Abalon?* &c. C. in Ep. ad Cor. 7. v. 31.

Romanus Cato tria deplorabat: 1. Quod suum secretum revelasset mulieri. 2. Quod vel unum diem sine fructu neglexisset. 3. Quod mari se commisitisset in itinere, quod pedibus conficere potuisset. Mare comparat infido mundo, o quot mundani dolent, quod illi fidem habuerint. C. Act. Apost. 27. v. 44.

271. Est inimicus Deo.

*Quicumque voluerit amicum esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.* Ubino-

ta 1. Saeculum esse mensuram longissimi temporis, quo bona hac terrena possidentur. Imo quis hodie invenitur, qui tantum illis fruitur? Saeculum ergo vel ex ipso nomine contemptibile fit: e contra Deus est immortalis, incommutabilis. Nota 2. Licet bona seculi sint caduca, sperat tamen cor humanum illis magis adhaerere quam Deo, qui pollicetur bona aeterna. Ex una igitur parte offert mundus voluptates, honores, divitias, ex altera Deus bona aeterna: æstima, quid oporteat amplecti? Via qua mundus ducit, est quidem amœna, via peccantium complanata lapidibus, sed quid in fine? *In fine illorum inferi, & tenebrae, & pœna:* e contra via Dei quidem initio arcta, sed in fine felix est. Cui e duabus viis te committis? seculi, an Dei? sed dictum tibi puta: *Quicumque voluerit amicum esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.* Ecce! constituitur, non, constituitur; nam idem est partibus mundi, episcopi principis se addicere, ac se pro inimico Dei declarare. &c. Segn. Manna 23. Mart.

Hinc etiam fit, quod mundus odio habeat Sanctos: 1. Propter dissimilitudinem morum: mundani enim habent mores mundanos, Sancti caelestes. 2. Propter invidiam, quia enim mundani ob concupiscentias suas non possunt assurgere ad virtutem, e contra Sancti magnis passibus tendunt ad beatitudinem, ideo illos oderunt, & persequuntur. 3. Propter dissensionem conversationis, cum enim mundani vident, quod Sancti se separant ab eorum consortio, ideo illos despiciunt. 4. Propter contradictionem sentium & morum; cum enim Sancti carpunt, & redarguunt pravos mores mundi, imo ipsa vita Sanctorum mera est reprehensio, & refutatio mundanorum; hinc offensus mundani ajunt: *Circumveniamus justum, in qui contrarius est operibus nostris &c.* C. in Ep. I. S. Jo. c. 2. v. 13.

Et tamen mundana mens amat, quod odisse deberet: O quam bene exclamat S. Bernardus: *Mundus clamat, ego despiciam! Caro clamat, ego inficiam! Diabulus clamat, ego despiciam. Christus vero dicit, ego respiciam! Et tamen superbamens magis vult sequi desipientem quam resipientem!*

272. Est plenus vitiiis, & peccatis.

Percurramus officinas, tabernas, plantatas, & compita, inveniemus plura juramentum-

S. Bern. in Epist.

ramenta quam lapides: Senatores in curia, Iudices in tribunalibus quantas committunt injustitias, impunia sunt scelera, ab omnibus vivitur, prout volupe est. Milites sunt pleni petulantia, mercatores falsificant merces, & augent pretia superiores non publico, sed proprio commodo invigilant, in pactis & contractibus quantæ fraudes, usurae, simoniae, omnes varietates student: in templis mera irreverentia, officium Divinum non frequentatur decentius, quam theatrum, in cathedris quæritur delectatio, non fructus, festa videntur potius Adomidi, & Baccho, quam Deo sacra: Quanta in populo fideli rerum fidei ignorantia, denique plenis furis bacchantur vitium luxuria, a procis & illecebris nec templa secuta sunt &c. &c. B. ferm. 40. §. 7.

S. Cypri. ep. 3. ad Donat. *S. Cyprianus ad amicum suum Donatum: Paulisper te crede subduci in montis ardui verticem celsorem, speculare inde terram infra sacentium facies.* Videbis verum, martique, in concipitis, tribunalibus, & officinis, mendacia, injurias, fraudes, furti, perjurii, invidias, adulationes & oblivionem Dei, ac salutis. Videbis plures homines instar brutorum vivere absque legis reverentia, & intuitu salutis. Videbis iustos ac innocentes opprimi, sceleratos in honore haberi. Videbis jura esse venalia, veritatem regi, pudicitiam eliminari. Videbis dominari pecuniam, quemlibet ludere commodo proprio, & magnorum beneplacito: tandem *conferere jura peccatis, & capiti esse licitum, quod publicum est &c.* B. ferm. 47. n. 25.

Sicut in Arca Noe plures fuerunt peccudes, quam homines, ita in Ecclesia plures sunt iusti peccatores, qui more belluarum vivunt. B. ferm. 47. n. 36.

Causæ seu radices, quæ mundum vitiiis replent, sunt duodecim abusiones, quas S. Augustinus enumerat. 1. abussio est, Sapiens sine operibus, 2. Senex sine Religione. 3. Adolescens sine obedientia. 4. Dives sine elemolyina. 5. Femina sine pudicitia. 6. Dominus sine virtute. 7. Christianus contentiosus. 8. Pauper superbus. 9. Rex iniquus. 10. Episcopus negligens. 11. Plebs sine disciplina. 12. Populus sine lege. C. Prov. c. 13. v. 7. Et c. 30. v. 14.

273. Decipit suis promissionibus.

S. Augustinus exclamat: *O munde proditor! cuncta bona promittis, cuncta mala*

*proferis: promittis gaudia, sed largiris amarorem: promittis quietem, sed ecce turbatio: promittis florem, sed brevi evanescent: promittis flavem, sed cito cadis.* B. ferm. 40. n. 9.

Sicut Antiochus promissit se juvenem illum felicem facturum, ita mundus semper minus dat, quam promittit. S. p. 1. f. 24.

Puer Analectus dum ægrotabat, a Domino relictus est: O inanem spem mundanorum! Jacob post multos labores a Labano decipitur.

I nunc, servi, cole, adora, ante cubiculum cum Amman, dum alii dormiunt vigilla, decipieris &c. S. p. 29. f. 129.

Carolus IV. iis, qui illi Philippum Austriacum prodiderant, non nisi adulteram monetam pro mercede solvi iussit: conquentibus reposuit: Fallam fidem fallam salta moneta iuste compensari. Conviv. appar. fol. 265.

Mahometi I. cum quis pro nuptiis illius filiae urbem Constantinopolim prodidit, & pretium postea repeteret, Mahometes pretium cum Christianis iussit, & filiam cum dote petas, cutem veterem te exuere oportet, & sic vivum exortarii iussit. Lohner Tom. 3. fol. 592.

Mundus est domus mendacii, & omnis mundi opulencia ac felicitas præteritum inique acquisita mendacium est, de qua merito Psalmista: *Filiis hominum usquequo gravicorde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium.* Sic hæretici, cum a Catholicis premi se putant, implorant auxilium Turcarum, sed postea sentiunt se decipi, cum post victoriam subjugantur servituti Turcicae. Sic sage, Magi & alii desperata fortuna invocant dæmonem, sed postea sentiunt se decipi, cum corpus, & animam perdunt. Sic multi sectantur vitam aulicam, sed postea sentiunt se decipi, dum post multorum annorum servitia se ventos, & fumos castelle experiuntur. Sic multi sperant in Principe, aut amico, sed postea sentiunt se decipi, cum Princeps aut amicus spe citius moritur, aut levi delicto offenditur, & sic tota spes illius in terram concidit. Confidit in filiis, quod futuri sint bases & columna familiae, sed mox hunc rapit bellum, illum pestis, alium furca, quartus deneger sic, & rebellis &c. O quam vana, & inanes sunt mundi spes! C. in Michæ. c. 1. v. 17.

Carolus Crassus Imperatoris dignitate exutus, adeo despectui habitus est, ut quidam fame perisset, nisi a Lutberto Magantino Archiepiscopo fuisset relictus. Bo.

Avon. in. 1. 1. 1. 1.

Michov.  
l. 4. vers.  
Pelon.  
c. 20.

Boleslaus Poloniae Rex post interfectum S. Stanislaum & regno profugus, in Monasterio tandem Olliacensi in Carinthia nutritus, ibi ministeria culinæ obiit.

274. *Est peccatorum periculis plenus.*

Sicut nosocomium pestilentibus ægrotis plenum fugis, ne peste inficiaris; ita mundus morbis animæ plenus fugiendus est: Ita monet æterna veritas: Exite de illa, Populus meus, ut ne participetis scitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.

Sicut impossibile fere est in domo carbonarii inter ollas & cacabos versari, & non denigrari, ita fere impossibile est, in mundo cum mundo sentire, & non peccare: hinc monet Deus per Prophetam: *Recedite, exite hinc, pollutum nolite tangere: exite de medio ejus, mundamini qui fertis vasa Domini.*

Ma. 23.

In mundo sunt vanitates, honores, divitiæ, & voluptates: & quis inter has securus erit contra peccatum? Ne cautesimus quidem! ideo monet S. Augustinus: O amatores Mundi, cujus rei gratia militatis? major non poterit esse spes vestra, quam ut amici mundi sitis, & ibi quid nisi plenum periculis, & per quot pericula pervenitur ad majus periculum! Dimittamus hæc vana & inania! conferamus nos ad inquisitionem eorum, quæ finem non habent.

S. Antonius Anachoreta in visione confixit mundum plenum laqueis, exclamavitque: Domine, quis evadet?

Latine linguæ auctores grandem fecerunt solecysmum, quod *Bellum*, *bellum* vocarint; Quid enim factus bello? Verum æqualis & major est eorum error, quod *Mundum mundum* nuncuparint; quid enim immundus mundo, qui plenus est immunditie omnium victorum.

275. *Vitia palliat nomine virtutum.*

Adulator dicitur urbanus, prudens vocatur rursus, garritor politicus, taciturnus molestus, vindictæ cupidus, generosus, mansuetus timidus, prodigius liberalis, providus tenax, lascivus ingeniosus, modestus melancholicus, ita, ait Sanctus Basilus, *Vitia vicinis virtutibus honestare contendunt, verum minatur Deus: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Cyr. B. ferm. 17. n. 5. & seq.

Herodes occisionem Joannis perabat Religiosam observationem juramenti. B. ferm. 23. n. 15.

Abner dum Isosethum a throno deiecit, quem prius exverat, iustitiam facere contendit, quæ tamen nisi vindicta erat. B. ferm. 25. n. 25.

Jehu grande quid se fecisse existimabat, dum Regem Achab interemit, & tamen non tam scelereum puniit, quam regni ambitio fuit. B. ferm. 25. n. 26.

Tanta est mundi depravatio, ait Sanctus Augustinus, ut iam nequitia sit iustitia, & prohibitor potius reprehenditur, quam salutor. B. ferm. 40. n. 30.

Sanctificant bellum, canonizant odium, ait Propheta, ita mundus agit, dilaudat scelera tanquam bene facta. &c. S. punct. 20. fol. 78. & seq.

Sanctus Gregorius ait: Antiquus hostis tanta fe arte palliat, ut plerumque vitia virtutes fingat, & vel ipsa capitalla pallio virtutis obtegat: Gulum, & avaritiam pallio necessitatis tegit, ut fami satisfiat, ut pauperibus consulat &c. accediam velat pallio defatigationis, ut necessarium suum natura levamen habeat. &c. S. punct. 35. fol. 151.

Castiodorus; Adulatio blanda omnibus applaudit, prodigios vocat liberales, avaros parcos & sapientes, lascivos curiales, garrulos affabiles, obtinatos constantes, pigros maturos & graves &c. M. conc. 49. ass. 3. n. 3.

276. *Premittit graviori iugo, quam Christus.*

Pambus Monachus dum in urbe Alexandria feminam videt compe vestitam, & ornatu suo molestissime orerant, flevit: causam rogatus reposuit, fleo, quia tot ac tanta non facio pro Deo, quanta facit hæc mulier pro mundo. &c. B. ferm. 24. n. 41. seq.

Est aliquis iracundus, qui ait se verum proximi sufferre non posse, veni ingrediamur tabernam luforiam: ibi qui sinistra fortuna ludit, in varias blasphemias, & injurias erumpit: tolerantur illa? omnino; quia si non tolerarentur, iustus interrumperetur: dissimulantur omnia lufori studio. Econtra qui fortunam faventem habet, intumescit, & variis sarcasmi, imperiis, ac vexationibus adversum cruciat; Tolerat alter? omnino, lucri & iustus causa. O si tanta pati deberet Christo. &c. B. ferm. 24. n. 38.

Sanctus Petrus cum, & pro Christo non poterat una hora vigilare, & dum adhuc piscator erat, posuit tota nocte infomnis laborare pro lucro.

Quid non sustinet cyanida mulier propter

S. Aug.  
Ser. 44.  
de Verb.  
Dom. in  
Jo.

S. Greg.  
Mor. l. 37.

S. Aug.  
in 116.  
supra ff.

pter vanitatem. Nonne molestum est denudare collam, & hyemis, ac frigidis injuriis exponere? Nonne molestum est corpus confringere fere, usque ad suffocationem halitus: nonne molestum est identidem lavare, ac fricare manus, ut popoliantur, ungere & crispare crines, fapem & scitum pati, ut sumptus ad ornatum impendantur, somnum interrumpere, ut habeatur prolixius tempus ad ornamenta. &c. B. ferm. 24. num. 25.

Quæso, an unquam mundus suis promissis fleat? Quam mercedem dedit suis amatoribus pro tot servitiis, molestiis, & laboribus? memoratu digna est Sancti Cyrilli parabola: Navareus ingentem cetum pro insula habuit: descendens autem & navigio sensit insulam moveri, & delusus a pifce audire debuit: quare fidem mihi habuisti, qui nihil habeo stabilitatis? Ita mundus illudic suis.

Circumspice, o homo, & vide, quam turpiter mundus dereperit: quot bona terrena, quot honores, quot dignitates perierunt: Jacob quatuordecim annis pro Rachele serviens decipitur Lia: Amafia Joabum tanquam amicum optimum complectens pugione confoditur. &c. En bella merces mundi? quis mundo fidat? &c. B. ferm. 49. n. 19.

In aula magni cujusdam principis diebus antecineralibus saltatur per viginti minis Episcopus sacrum facturus, & personas Principis sacris cineribus conspersurus quæret, ubi aula esset? respondebatur, esse adhuc in choreis. Tandem comparserunt sudore, & pulvere perfusi, languidi, somnolenti, fracti viribus &c. una erat omnium interrogatio, an prolixum sacrum faceret Episcopus. O si tantos labores debuisse sustinere pro Deo, pro celo! viginti horis erant in choreis, & unicum sacrum nimis illis erat prolixum, &c.

Puer Amalecita ægrotus deseritur, Jacob a Labano decipitur: quis similita Christo experitur? S. punct. 29. fol. 129.

Amian ambitiosus ille aulicus dum alii dormiunt, noctu vigilat, ne quis ibi vel de nocte gratiam Regis furetur: ita multi immensis laboribus, ac molestiis favorem magnatum accupantur; & quæ mercede? Non alia, quam, velut ille dixit, cruore ventos emimus. S. punct. 110. fol. 325.

Gemunt gigantes sub aquis, ubi Gregorius: elati omnes, dum assequi honorem celsitudinem cupiunt, sub ponderi-

bus populorum gemunt, & Bernardus: o ambitio ambientium crux. &c. S. punct. 110. fol. 326. Vide Titulum: *Ambitio.*

Quam intolerabile tormentum est mala conscientia? Sanctus Bernardus ait: Nulla poena major mala conscientia, ipsa est delictorum testis, ipsa Judex, ipsa tortor, ipsa carcer, ipsa iudic, ipsa punit, ipsa damnat. Et Pacatus: Magis lancinant, & torquent vitia, quam cruces, quam verbera, quam tormenta. S. punct. 160. fol. 516. & 518.

Delicia mundi amariore sunt, quam cruces Christi, ait Sanctus Thomas de Villanova: crux blanda, crux dulcis, crux non crucians; econtra datur etiam crux diaboli, crux sinistra latronis, in qua pendet superbus, avarus, impurus. &c. S. punct. 27. fol. 660.

Duo illi Aulici apud Sanctum Augustinum aiebant unus ad alterum: Dic quæso, omnibus laboribus nostris quo ambimus? majore esse potest spes nostra quam ut amici Imperatoris simus? & ibi quid non fragile, & plenum periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? & quamvis istud erit: amicus autem Dei, si voluero esse, ecce nunc fio. &c. S. punct. 31. fol. 735. in fine.

Propter unicum errorem mundus obliviscitur maxima beneficia præcedentia. M. conc. 20. ass. 1. n. 12.

Rex Joakim in honorem idolorum sibi vulnera incidit: o si tale quid facere deberet Christianus pro vero Deo! &c.

Coutinno in Felt. S. Bened. §. 4. n. 6.

S. Chryostomus ait: *Quamvis diabolus imperet molesta, & servum mercedem in An. ponat gehennam ac inimicus salutis nostræ sit, magis illi obtemperamus, quam Christo, qui salvator est, ac benefactor talia que dicit, que & utiliora, & suaviora sunt.* A. lect. 6. n. 15.

Christus Dominus vult quidem ut mortifices passiones, sed his mortificationibus paulatim ita vales assuetere, ut dulces videantur: econtra dum vult mundus ut concupiscentiæ & sensibus indulgeas, an simul tribuit, ut illis satisfacias? neutriquam? qui eos magis fovet, magis reddit insatiabiles facti ignem: hoc non est reddere scilicet, sed inquietum.

Dein si Christus aliquid præcipit, quod repugnat naturæ propensionis, dat talia auxilia ut opereris etiam supra naturam. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Econtra mundus, quamvis te jubeat vivere in luxu, non idecirco dotes & media

S. Chry.  
Hom. 6.

in An.

ti-

tribuit, sed facit ut Pharaon, qui precepit Israelitis opera fabrilis, & tamen materia, non suppeditavit: *Colligite, sicuti invenire poteritis.*

Exod. 5.

Denique etiam consilia Evangelica Christi alleviant precepta, faciuntque majorem in his observandis perfectionem, hinc sunt onus sicut ale columbarum, quæ quidem ex se habent aliquam gravitatem, nihilominus serviunt ad facilitatem librandum corpus in aera: e contra illa peccata, quæ Mundi amore facis, ferunt afflictionem incomparabilem, & paulatim emervant spiritum, ut ad bonum omnino inhabilem reddant. &c. *Magna. Manna 19. Aug. n. 2. 3. seq.*

277. *Contemendus cum omnibus suis bonis.*

Prudenter ac merito Sancti omnes despiciunt mundum I. Quia vanus & transitorius est: Ponamus, quod viginti triginta, aut centenis omnino annis omnia mundi bona possidets, tandem finis adveniet, & quid sunt centeni anni ad cælestia bona, quæ æternam durant. Momentum sunt, & minus momento! Jam interrogat S. Augustinus: *Quid vis? an*

*super Ep. 106.* *amare temporalia, & transire cum tempore, aut amare Christum, & in æternum vivere.* Et S. Bernardus ait: *Ubi sunt amatores mundi, qui pauca ante tempora nobiscum fuerunt. Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes.*

2. Quia fallax est mundus, nullam gaudium dat sine dolore, nullam saccharum sine absinthio: propinat mel, & sicut apis simul aculeum figit: imitatur factum Joabi, qui dum Amasam amice salutavit, & manu dextera mentum ejus quasi osculans tenuit, sinistra gladium ejus lateri infixit. Sic Mundus facit: ubi est valeudo corporis, quæ non tandem definit in morbum letalem? divitiæ migrant in paupertatem, honores in contemptum, voluptates in terribilem conscientie remorsum. Quis unquam felicior fuit Salomone? possedit omnia, quæ mundus habet, & tandem factus est, quod hæc omnia sint vanitas vanitatum, & merissima vanitas.

3. Quia inconstans est mundus, velut mare, quod hac hora tranquillum, & malacia amicum, post horam millenis fluctibus turbulentum est ad perniciem navigantium. Sic Mundus, multos in altum elevat, ut lapsu graviore illos cadere permittat. Quis fuit Sejanus? sub

Tiberio Imperatore tante fuit auctoritatis, ut illo absente Romæ Imperatorem ageret, auroque in curia veheretur. Sed subito in vincula conjectus, capite plexus, & in Tiberim projectus est. Quis fuit Bellisarius? post ingentes de barbaris reportatas victorias, a Justiniano Imperatore oculis orbatus, ad eam miseriam devenit, ut ad templum S. Sophiæ stipem mendicare sit coactus, &c. O munde proditor, cuncta bona promittis, & cuncta mala profers.

278. *Est ingratus beneficiis.*

Rolandus Petri II. Sicilia Regis frater ab hostibus captus, sed a Camilla Thuringa caro pretio redimitur ea conditione, ut sibi nuberet. Promittit: sed liber factus renuit, obtendens, sibi vilem nimis esse hanc sponfam. Illa ingratitude mundum contemplata Monasterium ingressa est. P. 3. l. 7. fol. 301.

Thomas Morus ajebat: Bene, ac laudabiliter facta pro merito compensare mundus hic nec ingratus solet, nec gratus potest. C. Exod. 1. v. 10. Vide, Principum favor, quam fluxus: Supra lib. 5.

Delicta, ajebat non nemo, mundus sculpta in marmore, merita scribe in pulvere. Beneficiorum cito, injuriarum nunquam obliviscitur. Ibid.

Quidam artifex presentavit Tiberio Cæsari phialam vitream, quam malleolo confecerat. Cæsar phialam in pavimentum projecit, & artifex mox illam refecit. Sed Cæsar illum decapitavit justit, ne ars ista propagaretur. VV. Art. disc. font. 24. Ex. 3. Sic Mundus merita coronat.

Deus mundum e nihilo creavit, per plurima secula conservavit, humanum genus liberaliter nutritivum, Filium suum de cælis misit, qui in humana carne frigus, ætatem, paupertatem, contemptum & persecutiones passus, tandem vitam & sanguinem in cruce dedit, ut mundum redimeret! & quid gratitudinis pro tot beneficiis a mundo recepit; nil nisi accusationes, calumnias, verbera, spua, flagella, spinas ipsamque mortem.

S. Arsenius Arcadium Theodosii Imperatoris filium a teneris fidelissime instruxit. Quid gratitudinis recepit, infidias mortis. Quare ex aula in eremum fugiens adeo despexit mundum, ut etiam pecuniam ex paterna hereditate allatam non acceptavit, inquit: Ego prior Patre mortuus sum.

279. *Deserit suos in afflictione.*

Judas in extrema desperatione remedium quaesiturus apud Phariseos, & Sacerdotes Synagogæ retulit pretium sanguinis, sed nihil aliud audivit, quam illud: *Quid ad nos? tu videris!* Ita mundus agit, cum ei diu servivisti, in ultima mortis afflictione insultat: *Quid ad nos?* &c. A. lect. 6. n. 18.

Malum citrinum, quamdiu succosum est, premitur, & exprimitur, cum autem expressum est, & succum non amplius reddit, in serquillinum abjicitur. Ita agit saepe amicitia mundana: quamdiu ab amico servicia, & beneficia expectare potest, blanditur, & obsequia deserit, cum autem amicus exhaustus, & emundus est, aut infortuito ad inopiam reducitur, tunc contemnitur, & deseritur.

Non potest mundus suos tueri, & constantiam dare rebus prosperis, quia ipse sibi non constat; transit enim cum tempore, annus annum, dies diem, hora horam trudit, & sic mundus ad finem vergit. Bene S. Cyprianus: Defecit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocencia in foro, justitia in judicio, in amicitia concordia, in artibus pericia, in moribus disciplina. C. in Ep. 1. S. Joan. c. 2. v. 17.

Petrus Confalvus superbe per urbem equitans, cum ab equo in lutum excussus a pueris & plebe ludibrio haberetur, sibi iratus dixit: O Monde cui tam fideliter serviivi, sic a tetractor? Ego quoque, prout mereris, trahabo! Et sic in Sacrum Ordinem S. Dominici recessit.

Mundani honores.

280. *Sunt fluxi & inconstantes.*

*Nam. 17.* **S**ummum Sacerdotium fuit Aaroni propositum sub symbolo floris, ait Ambrosius, ut summam haberet humilitatem sciens commissum sibi forem potestatis. Multi a regis dignitatibus ad infimam sortem delapsi sunt.

Josephus noluit proregis dignitatem Patri significare, quia dubitabat, an non citius gratia & honore regis excideret, quam nuntius ad Patrem pertingeret. B. ser. 14. n. 18.

Nihil potentius est ad retundendam mundi superbiam, quam cineres mortuorum: ubi ad sepulcra discerne inter cineres divitis & pauperis, Alexandri, & Diogenis, &c. B. ser. 17. §. 2. 3.

*D. Claus Spicil. univ. Pars III.*

*Velut somnium surgentium sunt mundani honores, in momento enim mortis magni & potentes hujus mundi quasi somnia sibi videbuntur. B. ser. 18. n. 13.*

Navigium illud ad Ezechiele visum ad omnem ornatum erat instructissimum, sed anchora carebat: ita honores mundani carum firmitate. S. p. 29. f. 128.

*Circumrotatio concupiscentie transverius sensum:* Est alius ad lutum puerorum, qui circumgyrant se, & cadunt: ita magni, ac potentes omnes hujus mundi denique cadunt &c. S. p. 64. f. 222.

Deus ostendit Josepho futuræ celsitudinis signa solem, lunam, manipulos. Sed hæc omnia etiam humiliatis monita sunt, sol, luna occidunt, manipuli falce demetuntur, &c. S. p. 125. f. 389.

*Petrus transierunt quasi novæ pomæ portantes:* Quid velocius navigio disparet, &c. S. p. 125. f. 394.

Christo Domino modico temporis intervallo acclamatum est: *Benedictus, qui venit in nomine Domini:* Et: *Non huic, sed Barrabam.* S. p. 17. f. 609.

Præpositus pincernarum somnium habuit se ad pristinum honorem gradum rediisse: Ubi Ambrosius: Bene somnium habuit, quia omnis regum potentia somnium est. Reges in Apocalypsi dicuntur quasi Reges, quia velut in somnis regnant, ait Augustinus. Siquis in Germania consulatu fungitur, non ideo honoratur ut ad barbaras nationes venerit: ergo honoribus nihil solidum inest, ait Boethius, alias sicut ignis non perdit calorem, sic nullibi perderent reverentiam. S. p. 10. f. 626.

Urbanus VII. tantum duodecim diebus, Marcellus II. viginti duobus, Leo XI. viginti septem regnarunt. D. 6. 15.

Carolus V. Imperator Rusticum Gandavi in trivio præ tentulencia stentem in aula suam perferri regioem in lectulo collocari iussit: cum eorruisset crapulam, aderant famuli, qui splendidi vestibus adhuc dormitantem induebant, & tanquam Regem venerabantur. Rusticus detersit oculis, rei novitate obtusepens, & vigilantem se somniare existimans mox præstigiis se decipi credens adorationibus & oblationibus cacodæmones abigere conabatur. Verum cum tandem & mensa regio apparatus instruebatur, presentem felicitatem amplectens, nec qua ratione eam adeptus esset ulterius perpendens, regio supercilio a famulis ministeria exigere cepit. Porro ubi novus obstruit in fo-

num rursus incidit, vestibus suis indutus, & in eodem trivio repositus est. Cumque ebrietatem discusserat, somniansi sibi ea accidisse constanter asseveravit. VV. ar. disc. font. 32. cx. 1. Via melioris conditionis sunt mundanae dignitates, dispersent velut somnium: Reges, Principes, & magni Domini quondam in aternitate se somniasse putabunt.

Lapis Topacius olim majori fere in pretio fuit habitus, quam adamas; hinc in tiaris Praesulum, & coronis regum praedamante fulgebat: Puto hoc symbolicum aut morale fuisse; quamvis enim clarissima gemma sit, & alias claritate superet, tamen hoc habet speciale, quod imaginem, quam recipit, inverfam representet. O quam cito honorum mundanorum inverfae cernuntur imagines! Rex qui modo in throno sedet, paulo post in sepulchro jacet. Arma & insignia gentilitia supra tumbam inverfa collocantur, &c. H. fer. 20. f. 199.

Zeno Imperator audita suorum clade dixit: *Ludibrium Dei est homo!* Alexand. Magnus cum fulmine pictus, quo instar fulguris in triumphis apparuit, veneno & morte inglorius disparuit, cui unus non sufficit obis postea sarcophago contentus jacuit. Homo vitæ commodatus, non donatus est, ait Seneca, si mundus punctum est, quid erunt regna & reges? *Hoc punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur! O quam ridiculi sunt mortalium termini!* &c. C. Eccles. 1. v. 2.

Audi quomodo Philosophus definiert mundum? *Quid est Mundus? Est schola vanitatis, forum impossorum, scriinium dolorum!* C. Ita. 24. v. 20.

Vanitas mundani honoris exprimitur per solem; licet enim sol sic *culi oculis*, temporum vector, siderum dux, animalium pater, ut ait Nazianzenus, tamen 1. instabiliter rotatur, oritur, & occidit. 2. Singulis momentis regionem, & locum mutat. 3. Lumen paulo ante altissimum in occasu perdit. Ita parem in modum mundani honores vani & instabiles sunt. C. Eccles. 1. v. 6.

281. *Raro non mutant mores.*

Iosephus Aegyptius exul, & iniqua fortuna, fratrumque invidia oppressus, ubi ad summum Proregis apicem ascendit, adeo non mutavit virtutem & mores, ut fratres, a quibus gravissime fuit offensus, amicissime haberet. Sicut fuit in domo Patris innocens, patiens inad-

versis, fidelis in servitio, castus in tentatione, sapiens in occultorum refectione, prudens in futurorum provisione, iustus in fratrum castigatione, ita deum fuit pius in eorum susceptione.

Villegisus ex Patre Rhedario natus ab Othone III. ad Episcopatum promotus, & inter S. R. I. Electores primus adpotatus, ne se efficeret, crebro sibi ipsi ingererat: *Vide quis sis, memento quis fueris!* unde & rotam suo musæo appingit curavit, quæ postea Archiepiscopatus Moguntini insigne, cum approbatione Henrici II. Imperatoris fuit.

Bened. XI. ex paupere creatus Pontifex Matrem a Matronis Romanis splendida veste exornatam, dissimulavit se agnosceret: cum vero Mater depositis fœnicis vestibus suas pannosas induit, tum Pontificem eam amplexatus est, inquis: *Hoc habitu Matrem reliqui, hæc ita mea est.*

Franciscus Galliarum Rex a Carolo V. captus in pariete scripsit: *Hodie mihi, eras tibi, quibus subscripsit Carolus aequali humilitate: Homo sum, nihil humani a me alienum puto.* C. Gen. 43. v. 23.

Sed hæc prodigio simillima, & alio corvo rariora sunt. Honores mundani vel ideo amore & affectu indigni sunt, quia virtutis inimici sunt. Pauci inveniuntur, qui dum ad honoris apicem elascantur, non amicitiam, modestiam, mansuetudinem, humilitatem aliaque virtutes perdunt: Hinc adagium: *Asperius nihil est humilis, cum surgit in altum,* &c.

282. *Tandem desunt sepe in miseriam.*

Balvazus Cardinalis idolum Gallie, Regis intimus tandem æmulorum invidia gratia meritis, excidit, & misere in carcere moritur. F. 3. l. 6. f. 219.

Comes a S. Paulo antea Regis pupilla, de crimine conjurationis suspectus, profugus ab amico proditor, & decapitatur. F. 3. l. 6. f. 222.

Gilimer Vandalorum Rex a Bellisario victus, captusque in triumphum ductus est, iustusque publice adorare thronum Justiniani Imperatoris, ubi edixit, & repetit illud: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* C. Eccles. 1. v. 2.

Ipsæ Bellisarius post victorias ac triumphos, iussu Theodorici Imperatricis violentas manus in S. Silverium Pontificem injiciens, iusta Numinis vindicta eo miseriarum redactus est, ut executus, & bonis omnibus spoliatus mendicare coactus sit. Ibid.

Lo.

Lotharius Imper. Caroli Magni ex Ludovico Patre Nepos, considerata rerum vanitate, deposita corona in humile Monasterium recessit.

Eutropius Patritius Constantinopolitanus & Arcadii Imper. Tutor, ex invidia Ducem Exercitus accusatus, ad Ecclesie asylum confugit, sed quoniam ipse Eutropius paulo antea ius Asyli Ecclesie abrogare voluit, extractus, & S. Chrysof. neguquam contra nitente, Chalcedone decapitatus est. Ibid. &c. &c.

Henricus Friderici III. filius in viginti annorum captivitate Bononiae moritur, pro cuius liberatione Pater auream catenam mœnia urbis ambientem dare voluit. VV. ar. disc. font. 23. Ex. 9.

Donatus Dux Sæviæ, Regis stirpis, publice Neapoli decapitatur. T. n. 320.

Henricus Imperat. a Summo Pontifice excommunicatus tam viliter habitus est, ut Ermenoldus Abbas illi fores Ecclesie, & Monasterii in faciem occluserit. *Nadsi 6. Jan.*

Sebastianus Rex Portugallie a Mauris prelio captus, tandem in carcere inedia, & ærumnis conficitur. *Theatr. Trag. Hist. 30.*

Andronicus Imper. a throno dejectus, sevientium populo expositus, manu & oculis orbatus, misere obruncatur. D. 3. 83.

Carolus Sævardus Rex Angliæ a suismet subditis neci adjudicatus capite ple. citur. D. 12. 59.

Henricus IV. Galliarum Rex Parisiis in publica placea a fœcario confoditur. *Theatr. Trag. Hist. 7. n. 17. & seq.*

283. *Prudenter, & merito contemnuntur.*

1. Quia avocant animum a Deo, & celestibus. S. Gregorius Magnus e solitudine ad Pontificatum vocatus lamentabiliter conqueitus est, se non posse amplius vacare Deo propter strepitum negotiorum. *Me miserum! alia quietis mee gaudia perdidit.* A. lect. 7. n. 1.

2. Quia ordinare mutant mores: habetur ab experientia, eos qui ad aliorum promoti sunt, toros alios fuisse factos: Nero & Caligula initio principatus spem maximam de se faciebant, dein facti sunt tyrannorum principum. Similiter Eriphon & Tiberius erant ante regnum mansuetissimi, dein sevilissimi. D. 11. 5.

3. Quia sunt mutabiles, ac valde periculosi: Cum antiquitus Imperatores periculum, aut alia mœra in ludis inter populum proficiebant, ingens erat tumultus & compressio populi, fuere plurimi, qui loco munerum verbera, & crucientum vericem reportarant: illi ergo, qui vere erant sapientes, e multitudine se subducant, nec inuito incerta spei volebant se periculis exponere. Sicut Imperatores, ita fortuna distribuit suas doctes, o quanta multitudo & ambitio candidatorum, quilibet vult a fortuna beari. Verum qui sapienter, perpendunt, quod multi misere decepti ac supplantati sint & ideo se subducunt, asfugiant, ne in miseris casus more aliorum incidant. D. 7. 1.

4. Quia sunt ingentes molestie, & onera: Apostoli de majoritate litigabant in via. Quare in via? quia honor feu majoritas ista, laboriosa itineratio est, &c. Diabolus ad Christum ajebat: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Ecce; antequam quis regnet, aut præsit, prius cadere debet. M. conc. 13. n. 1. Salomon Rex ingitur in *Gibbon*, quod interpretatur, *Lustratio*; regnare enim nemo potest sine luctu, luctu, & lustratione. M. conc. 15. 3. n. 3.

5. Quia honores mandani in comparatione ad celestia vanitas, & purum nihilum sunt. Isaïas ait: *Atenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.* Quid vult dicere? Suffice in altum, intueri solem, dein reflecte oculos in terram. Quid vides? Nihil! non amicos, non domos, non fontes, non palatia hebetati sunt oculi! Ita siquis æternam cœli gloriam considerat, omnes mundi honores pro umbra, & pro nihilo reputat.

Mundana Amicitia.

284. *Non diu durat, instabilis est.*

SANDUS Diadochus ait: *Amicitia secundum carnem, quia non alligatur sensu spiritus per facile quavis occasione inventa dissolvitur.* M. conc. 35. aff. 1. n. 3.

*Meliora sunt ubera tua vino.* Uva semel expressa, quomodocunque deinceps prematur, non amplius reddit liquorem: verum ubera semper lac fundunt: ita mundana amicitia tantum semel fert opem, si altera vice redieris, iam siccata erit uva. M. conc. 35. aff. 1. n. 14.

Quam fluxus & instabilis est favor principum: *Surrexit in terra Rex novus qui non noverat Ioseph.* Ecce! Iosephus servavit in fame Aegyptum, & innumera beneficia regno contulit, sed *verus beneficium* ait Pindarus, *oblivioni, & quasi*

N. 2

Seneca  
Epist. ad  
Lucil.

Exod. 1.

S. Rom.  
89. 109.

quasi *sonno traditur*. Ita conquectus est Vol-  
sezus, qui Henrico VIII. Angliæ Regi  
divortii cum Catharina causa fuit, &  
postea Regis indignationem incurrit: *Ego  
quia non Dei, sed Regis favorem quaeriv-  
ivi, hinc gratiam Dei amisit, & regis  
non acquisivi*, etc. Sanctus Bernard, ex-  
clamat: O *seculum nequam, quod solos  
tuos sic soles beare amicos, ut Dei facias  
inimicos*. Invenit *Aman gratiam apud Regem  
Assuerum, hæc illi gratia crucem per-  
perit: invenit gratiam apud Absalonem  
Achitophel, hæc illi suspendium attulit.*

Quamdiu Christus miracula fecit, om-  
nes discipuli illum secuti sunt. Cum  
autem in orto captus & ligatus fuit,  
omnes fugerant.

Magnes tenacissime ferro adhæret, cum  
autem adamas illi offertur, ferrum re-  
linquit, & adamantem adamat. Ita multi  
cum ad pinguorem fortunam ascendunt,  
aut amicum potentiorum fortiuntur, ami-  
citiæ pristinæ valedicunt.

285. Sepe desinit in odium benefactoris.

Sara commendavit Abrahamo ancillam  
Agar, ut eam assumpserit in uxorem se-  
cundariam. Quam gratitudinem retulit  
Sara? pessimam; nam identidem vexaba-  
tur ab Agar. Ecce; etiam illos adver-  
sarios experimur, quos commendavimus,  
& promovimus. C. Gen. c. 16. v. 5.

Vapor terræ ab imo fursum elevatur, &  
nubibus associatur: sed ecce; ingrattissimus  
vapor in alto tempestates ciet, fulgura &  
grandines in terram, a qua originem tra-  
xit, dejicit: Ita multi cum promoventur,  
in ipsos promotores suos sæviunt.

Sanguifuga tenacissime adhaerens san-  
guinem illius fugit, parum curans si san-  
guinem illi omnem exfugere possit. Ita  
multi utuntur beneficiis amici, parum  
curantes illius ruinam, aut pauperiem,  
modo sibi bene sit.

Sicut specula concava magnas facient-  
rum imagines, interim dum solis ra-  
dios excipiunt, ignem concipiunt, & res  
vicinas inflammant: Ita amici muniani  
regentes inflammant, curvat sese, ut  
amicum honorent, sed sub curvitate do-  
los abscondunt, ignemque colligunt, quo  
amicum exurant, & perdant. C. Eccli.  
12. ver. 10.

Saul pepercit Agag Regi Amalec, a  
quo postea descendit Aman ille impius,  
qui Hebræum nomen desere sub Assuero  
studuit, sed prohibitus est a Regina Est-  
her. C. Eccli. 12. v. 10.

Ingratitudinem amici quam optime ha-  
biti expresserunt veteres hoc emblemate:  
Pinxerunt capram, quæ lactabat juvenem  
lupum, cum hac epigraphæ: *Mea me post  
ubera pascet, quo insinuate volebant,  
sape amicum a juventute nutriti, edu-  
cari, & optime haberi, qui ad apicem  
fortunæ elatus benefactorem despicit, &  
persequitur.*

286. In adversitate deserit.

Cum Christus in orto, militibus pro-  
stratis facultatem desit se capiendi? *Hæc est hora vestra, & potestas tenebra-  
rum, cumque illi Domino vincula &  
funes injicerent, Tunc discipuli reli-  
cto illo omnes fugerunt.* Nota; Tunc, cum  
oportuisset maxime stare; Tunc cum  
debuissent suam amicitiam & fidelita-  
tem maxime ostendere; In ultima œ-  
na adjuerunt omnes discipuli: cum cre-  
piti parere & tædere, remanserunt tres;  
cum captus & ligatus est, tunc omnes  
fugerunt; sic constituta est mundi ami-  
citiæ, cum fortuna aridet amico, amat  
& blanditur; cum sinistra fors, & ad-  
versitates ingruunt, amici omnes lugunt,  
præsertim in morte, &c. Stanhurst. de  
Pass. Dom. §. 22.

Vulcres illæ transfugæ, quæ in alie-  
nas terras migrant, sunt symbolum fal-  
sæ amicitie, uti hirundines, ciconæ,  
aliæque tempore æstatis, quamdiu hæc  
durat, castillant, vorant, lætantur;  
cum autem hyems advenit, in aliam  
mundi partem volant. Sic mundani pa-  
rasiti; quamdiu apud amicum fortuna-  
rum bubulum sui marsupii, ventricque  
inveniunt, illi adulantur & adherent;  
cum autem fortuna amicum deseruerit,  
factum ex divite pauperem despiciunt,  
ac derelinquant. De his enuntiat Sa-  
ptiens: *Est amicus secundum tempus, sed  
non permanebit in die tribulationis.* C.  
Eccli. 6. v. 7.

Bene cecinit Poeta: *Donec eris fe-  
lix multos numerabis amicos; tempora  
si fuerint nebula, solus eris; Hydrargy-  
rus, seu argentum vivum est auro ami-  
citiarum: verum cum hoc crematur in  
fornace, avolat, & disparet.* Sic Ami-  
citiæ. C. Eccli. Ibid.

287. In morte aut post mortem desinit.

Rara erat amicitia Davidis erga Re-  
gem Saul, ut in inimicum suum: cum  
illi nuntiata fuit mors illius, præ ludu  
sece

Engelgr.  
p. 2. Luc.  
Evang.  
Eub. 13.  
§. 3.

1. Reg. 17.

fere sui impos jussit nuntium trucidari.  
Viris autem Jabes Galaad, qui sepelie-  
runt corpora Saul & filiorum, gratias  
egit. Jam non amplius sic; amicitia,  
votæ antea sincera, per mortem extin-  
guitur, imo mors amici saepe desidera-  
rer expectatur, uti filii expectant mor-  
tem parentum, heres cognati, clients pa-  
tronis &c. tunc clam gaudent, exultant,  
& defundî non amplius recordantur.

In Belgio Vir opulentus in extrema  
lucta uxorem, filios & filias in opem  
vocat, rogans ut vitam sibi una hora  
prolongarent. Responderunt illi, hoc  
non esse in sua potestate! Tunc æger la-  
mentans aiebat: Me miserum! ego vi-  
tam, valetudinem, corpus & animam  
vobis impendi, & jam non impetro tan-  
tillum obsequium! O utinam Deo, non  
vobis servivissem! Sic multoties & fere  
semper fit, mors amicitiam, & paulo  
post etiam memoriam tollit.

Sicut argentum vivum licet auro ar-  
ditissime sic copulatum, in igne tamen il-  
lud deserit: ita amicus mundanus, licet  
viventis amico fortissime adhæret, in  
morte illum deserit: imo etiam post mor-  
tem in igne, dum emortui dispositiones,  
& ultima voluntas non datur executioni.

Vulneratus Rex Saul lætabatur cum  
morte, metuens, ne vivus adhuc in ma-  
nus hostium deveniret, vidit haud pro-  
cul stantem Virum Amaleitæ (fuerunt  
autem Amaleitæ gentilis populus, cui  
Rex Saul contra mandatam Domini pe-  
percit) hunc ergo cum vidit, advocans  
illum rogavit, ut sese cum morte lætan-  
tem novo vulnere interficeret: *Stans su-  
per me interfice me!* Et morem gestic-  
tanti feceratur Vir! Regemque, cui  
vitam debebat, vitam novo vulnere ade-  
mit. Hæc amicitia est mundi! Multi,  
qui amicis & patronis vitam sustenta-  
tionemque debent, demum illis tædiis,  
fastidiis, inobedientia, persecutione om-  
nique ingrattitudinis genere vitam decur-  
rant, & tandem perimunt.

Non immerito moriens benefactor in  
morte edixit: *Si nunquam amico bene-  
fecissem, nunquam amicus mihi maledi-  
xisset.*

Joseph Egypti Prorex totam regio-  
nem tempore famis ab interitu præser-  
vavit, ideo instar semi-Dei fuit a populo  
adoratus, a Rege etiam in intimam  
amicitiam receptus. Postquam autem Jo-  
seph satis concessit, Egypti ejusque po-  
teros; totamque cognationem interne-  
cino odio persequentes, omnes Israelitas

ex Ægypto expulerunt. O quam cito post  
mortem amici oblivioni traduntur bene-  
ficia ab eo recepta, &c.

288. Tantum utilitatem propriam querit.

Ad Jobum pauperem in sterquilinio  
recubantem venerunt tres amici, & per  
septem dies cum illo versati, nec verbu-  
lum locuti sunt. Cur ita multi fuerunt?  
Quia Job pauper erat, in stercore jacens!  
si domi in pretiosa lætica, cum peri-  
stomatibus sericis, auro, argenteoque in-  
textis jacuisset, certe illi eloquentes, in  
causam suam fuissent, rogantes, ut in  
tabulis testamenti inscriberentur, &c.

Multi amant amicum sicut mala cri-  
rina, cum optimus succus expressus est,  
abjiciuntur in sterquilinum; ita multi  
deserunt, aut contemnunt amicum, cum  
desinit esse beneficus & liberalis.

Nutrices in domibus nobilium ad la-  
ctandum infantem constitutæ opiparis &  
delicatissimis cibis nutriuntur, non pro-  
pter se, sed propter infantem, ut illi  
delicatum lac præparetur; ita multi hoi-  
norantur, non propter se, sed ut sibi  
suave profint.

Seneca ait: *Iste, quem beatum credis,  
sepe dolet, sepe suspirat; Multi illum ce-  
mitantur, mel mulca sequuntur, candoro-  
rum lupi, frumenta formice, prædum se-  
quitur ista turba, non hominum.* Et Ho-  
crales ait: *Multi pecunie; non hominis  
cognati sunt.* C. in Ep. S. Jac. c. 5. v. 2.

Vitis amat ultimum sequere totam illi  
implicat, ut altius arreat: ita multi a-  
mant amicum, seu patronum; ut ad alti-  
tatem, pinguiusque manus promotionem  
acquirit. En; blandissimi amicus non  
tibi, sed sibi ipsi prodest cupit.

O pessimus mundi amor! si amicus de-  
pauperatur, si formosa facies emarefcit,  
si consanguineus adversus premitur, e-  
vanescit amicitia. Fortunæ, & mensa plu-  
rima amici numerantur, virtutis, & per-  
sonæ pauci. Ignis extinguitur aqua, sed  
amicitia sæpe extinguitur defectu vini,  
ait Petrarca. *Nec est quod mirari debeas  
vase exhaurio illos abscedere, qui solam  
vini dulcedinem sequuntur: adversitas de-  
molitorum abigit, saxa potatorum.*

Hæc amavit Esau præ Jacobo: cur  
hominem incoltum, a virtute alienum?  
Theodoretus ait: amore ciborum: *Au-  
xi amori occasione, quod officiosus e-  
rat patri; venatio enim illius erat ei in-  
q. 77.*

Seneca.  
lib. de  
Sened.  
fortuit.  
lacta in  
Ætinea-  
tico.

Franc.  
Petr. l. 1.  
de emola.  
ut. Fort.  
de al. §.

Theodora

guineis interfecit, quia ditare eos noluit. A. 1. lect. 2. n. 9.

Ecce defunctus essebatur filius amici Matris suae, & turba civitatis miltacum illa. Cur S. Evangelista dicit, cum illa: cur non cum illo, nimirum defuncto?

Petrus Dam. in Luc. 7.

Respondet Petrus Damianus: Non ibant cum illo, quem deservere potius cogitabant, sed cum illa, quae dives vidua erat. Apud Deding. Dom. 7. Pent. n. 2.

To. 7.

Amici Christi hortabantur illum, ut relicta Galilaea in urbe Jerusalem sua signa, ac miracula faceret. Quare? quia sperabant illum ex applausu populi ad sublimes dignitates promotum iri, & sic etiam se tanquam amicos, & consanguineos ad magnam nominis gloriam ascensuros. D. 7. 16. in fine.

Vultur ut immunda volucris ab esu & altari reprobatur: Quare? quia cadavera affecit, & denotat eos, qui principibus adherent, ut aliorum opes exposciant: Seneca ait: Qui amico aegro affidet hereditatis causa, vultur est, cadaver expectat. C. Levit. 11. vers. 19. fol. 665. a. 2.

Seneca 1<sup>st</sup> lib. 56.

289. Non est sincerus.

Verus & sincerus amicus olim pingebatur forma adolescentis; amicitia enim semper debet florescere. Adolescens erat hispana veste indutus, ut significetur amicum semper debere esse paratum ad toleranda adversa pro amico. Capite detulso, ut indicetur amicum nunquam esse negandum. Latere aperto usque ad cor, ut significetur amicum non tantum ore sed corde esse amandum. Cum inscriptione Hyemis & aestus, id est amandum esse tam in prosperis, quam adversis. Longe & prope id est in absentia sicut in praesentia. VV. art. disc. font. 79. ex. 3. Sed ubi nunc inveniuntur haec qualitates?

Signa autem falsae amicitiae sunt: 1. Quod simulatores, qui odium tegere student, composita quadam verborum molliute utantur. 2. Solent esse inconsistentes in verbis. 3. In faciem laudant, a tergo vituperant. 4. Odium non ita tegere possunt, ut non per verba amarulenta, aut rucus ebulliant. 5. Annuunt omnibus dictis aut factis amici, eumque ad caelos extollunt, cum verus amicus laudanda moderate laudet, & amicum libere sui vitii admoneat. C. Prov. 26. v. 24.

Laban obstrictissimum se agnoscebat Jacobo, cuius intuitu se, suamque rem

domesticam a Deo benedicti, ac locupletari sentiebat, & tamen cum tempus pacis mercedis advenit, loco formosae Rachelis, deformem illi Liam proposita adiunxit. Unde tanta impolura? Quia amicitia Labani erga Jacobum non fuit sincera, sed fucata, & in animo nulla, &c. Ne credas, mi Bone, amicum tantam sinceritate gerere, quantum exterius erga te spirat! in praesentia quidem laudat, blanditur, promittit: verum in absentia mille naves de te enarat, famam tuam denigrat, nimis credulum, simplicem, & ineptum deridet.

Platach. in A. poph.

Amicus rogabat Periclem, ut falsum pro se testimonium diceret, & iste respondit: Amicus tuus fuit quidem, sed tantum usque ad aras. Sic hodie dum fit, amicus ideo tantum amat, ut opera tua, & auxilio ad nefas uteretur. Si operam illi praestes, depradicaabit te, etiam si Deus offendantur, & anima pereat. Si neges, cito amicitiam in odium converteret.

Si amicus non observet momentum illud: Altiore te non quaesieris, & amicitiam contrahat cum fortiori, & potentiori, non diu durabit amicitia: superiorem volent dominari, & inferiorem despiciet. C. Eccli. 13. ver. 2. Vide Tit. Sapiaentia: Non immisceat se alienis negotiis.

Mundana Sapiaentia.

290. Confunditur per simplicitatem iustorum.

Deus ad conversionem mundi non fortes, non ingeniosos, sed rudes pificatores elegit. Quae stulta sunt mundi elegit Deus, infirma mundi elegit Deus, idque haec ex causa, ut videat mundus, conversionis opus non humana prudentia, aut potentia, sed solum Divino consilio adscribi posse, ait S. Ambrosius: Ne transivisse potentia, ne redemisse divitiis, ne potentiae nobilitatisque auctoritate transivisse aliquos ad suam gratiam videretur. B. ser. 39. n. 14.

1. Cor. 1.

S. Ambrosius 1. 5. in Lucian.

Cur Gedeon solum per trecentos illos victoriam obtinuit, qui lambecant aquas? quia hi erant omnium timidissimi, ait Theodoretus, ut tanto magis omnibus esset perspicuum auxilium Divinum. B. ser. 39. n. 15.

Philosophus Arii asceta in Concilio Nicano acutissime defendit haereticum contra 318. Episcopos: omnibus haereticis ab objectiones Sophistae, Sanctus Spiritum simplicissimus, nude proposuit veritatem.

ritatem fidei, inquit: Audi, mi Philofope, Deus unus creavit caelum, & terram per Verbum, & Spiritum Sanctum, & hoc Verbum Incarnatum, ac passum esse credimus, & cum tempore iudicaturum vivos & mortuos. Mirum distu; Philosophus, qui antea plenus erat argutiis, ad simplicissimam hanc dogmatizationem obturitate, factus, se non habere amplius verba, quibus veritati resisteret. B. ser. 39. n. 3. seq. R. 1. cent. 2. par. mir. 6.

291. Est contraria legi & sapientiae Christi.

Christus docet: Beati pauperes: mundus autem tenet illos esse infelices. Christus beatos mites pronuntiat, mundus vocat languidos, meticulosos: Christus beatos licitos, qui esurunt & sitiunt iustitiam, mundus sicut honores, & divitias, &c. B. ser. 49. n. 21.

Sicut Michol Davidem vestitum Ephod Ineo, & Christum Herodes indutum veste alba derisit, ita mundus deridet iustos: Deridetur iusti simplicitas, &c. S. punch. 16. f. 603.

Quid huic mundo stultius, quam amissa non quaerere, possessa sapientibus relaxare, nullam pro acceptis injuriis injuriam reddere, imo adjunctis aliis patientiam praebere: quasi sycomororum nos ascendere Dominus jubet, cum dicit: Qui aufert que tua sunt, ne repetas. Et rursum: Siquis te percusserit in dexteram maxillam, praebe illi & alteram, &c. S. punch. 16. fol. 604. Vide Brev. in Festo S. Petri Caeslestini in secundo Nocturno decimanona Maji.

Christus docet amandam esse crucem, mundus vult esse fugiendam. Christus docet amandam pauperatem, mundus ait esse declinandam, & procurandas esse opes. Christus docet diligere abiectionem, mundus quaerit honores, ac pompas, &c. Segn. 26. Maji n. 1.

Deus docet, jubetque suos stultescere mundo, ideo imperavit eis paradoxa, & a communi vitae usu abhorrescentia, ut eos doceret perfectum mundi contemptum. Sic Ezechiel ritu furentis barbam gladio rase, Isaias feminudus regiam urbem percurrit. Ita Veteres Monachi suos paradoxa obedientia exerceverunt: Antonius Paulum simplicem jejuniis vix non interfecit. Joannes Abbas discipulo praecipit, ut truncum aridum quotidie irrigaret. Simeon Salus fatuum se simulavit ut vilipenderetur a mundo. C. Ezech. 5. in fine.

Herodes & Pilatus non poterant a Christo extorquere unicum verbum, quia, ut ait Cyprianus. Christus contempsit fastigia eorum. S. p. 15. f. 598.

Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, id est, elongabitur Deus. M. conc. 28. ass. 3. n. 8.

Pl. 61.

Sapiaentia hujus stultitia est apud Deum, ait S. Paulus. Sicut ergo mundus simplices & iustos contemnit, ita Deus sapientes hujus saeculi. S. p. 16. f. 603.

292. Non valet contra consilium Domini.

Judei putabant Christum opprimi per crucifixionem, & exaltatus est, ait Sanctus Fulgentius, non ut pugnet vivus, sed ut triumphet occisus. M. conc. 38. ass. 2. n. 9.

Josephus venditur ut pereat, & per ipsam hanc venditionem elevatur. M. conc. 8. ass. 1. n. 6.

Longinus, ut vitae reliquias ex corde Christi expelleret, sanctissimum cor vulnerat, & ex ipso hoc vulnere sanguis & aqua sicut ad nostram sanctificationem, & salutem. M. conc. 8. ass. 3. &c.

Gen. 3.

Protoparentes ex esu pomi Divinitatem sibi promittentes, misere decepti, & seipfos, & totam humani generis posteritatem in infelicitatis abyssum praecipitaverunt.

Post mortem Salomonis Roboam contra mandatum Dei & consilium seniorum, regnum sibi per austeritatem regnandi stabilire voluit, sed a subditis exolus, potiore parte regni privatus est.

3. Reg. 12.

Amman supremus in aula Assueri, Augusticus, ut favorem Regis sibi magis, magisque devinceret, toti Judaeorum genti excidium machinatus, & Mardochaeo furcam in suo palatio extruxit. Verum Regina Esther se machinationibus illius opponens id effecit, ut Amman in furca, quam Mardochazo struxerat, fuerit suspensus.

Esther 5.

Invidi Stratrae contra Danieleum Prophetam persuaferunt Regi Dario, ut decreto statueret eum, qui peteret quid a Deo, vel homine, nisi ab ipso Rege mittendum esse in lacum leonum, Sic Daniel quidem Propheta, qui deprehensus est invocasse Deum demersus est in lacum leonum, sed non defuit sed satraparum malo; cum enim leones innocentem Prophetam peperissent, furiosos loco illius in lacum projecti, a feris dilaniati sunt.

Dan. 5.

Duo Senes accusantes Susannam contra N 4 susi

fili & condemnati sunt. Non est consilium contra Dominum! Dominus iridebit eos, & subfannabit eos, &c.

293. *Suis consiliis sibi ipsi contraria est.*

Rex Ezechias offendit legatis thesauros, ut Babyloniorum amicitiam acquireret, & per hanc ipsam offensionem thesaurorum illos excitat ad arma movenda, & invadendum regnum. C. Gen. 16. vers. 5.

Pilatus condemnavit Christum, ne perderet amicitiam Caesaris. Sed tamen postea perdidit, in exilio misere mortuus. *Cocherus.*

Pharisæi & Sacerdotes tradiderunt Christum Pilato occidendum, ut a se infamiam Christi ex invidia occisi amolirentur. Item, ut sic Christi honorem plane opprimerent, diceretque orbis, eum a Gentili iudice condemnatum non fuisse Christum, sed pseudo-Christum. Sed contrarium utrumque evenit, &c. C. in Matth. 27. v. 2.

Mundani, qui mundana sapiunt, comparantur talpis: 2. Quia oculos quidem habeant, sed pellicula obductos, ut illis uti non possint: sic mundani ad terrena sunt lynces, ad caelestia talpæ. 2. Talpæ, quia non vident, hinc acutus audiunt: ita mundani sancti acuti, ut audiant nova, curiosa, secreta, quæ proximi famam latent, &c. 3. Talpæ sua antra habent subter terram, in quibus radices, & annonam coacervant: ita mundani terrenis submersi sunt, opibus, delitiis, & honoribus fluentes. 4. Talpæ nonnunquam integras urbes insudant, & in ruinam dant: ita mundani suis cupiditatibus integras urbes conficiunt. C. in Ep. 2. Petr. c. 1. v. 9.

294. *Tantum tendit ad terrena, stultescit ad caelestia.*

*Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.* Mundani sunt prudentes in rebus levibus momenti, stulti in gravibus. Prudentes in cumulandis temporalibus, stulti in perdenda anima. Prudentes in acquirenda hominum benevolentia, stulti in perdenda Dei, & Angelorum amicitia. Prudentes in quærendis voluptatibus, stulti in non curandis æternis cruciatibus, &c. A. 1. lect. 4. n. 19.

Antiquitus Minerva noctua consecratur: noctua de luce non videt, ita multi sapientes mundani ad lucem balucinantur. S. Ambrosius ait: *Oculor balucinantur, sicut sapientes mundi, & non vident: in*

S. Ambrosius. S. Ambrosius ait: Oculor balucinantur, sicut sapientes mundi, & non vident: in e. 2.

*luce nihil vident, in tenebris ambulantes: aperiant os, quasi sapientes omnia, acuti ad vana, hebetes ad æterna.*

*Cur sapientia hujus mundi stultitia dicitur, & non potius, ignorantia, malitia, &c. Resp. Quia semper agit contrarium illi, quod cupit; stulti enim sunt illi, qui consequi finem aliquem volunt, & tamen ad eum obtinendum contraria adhibent remedia. Ita mundus vult felicitatem, & fugit cognitionem Dei, amorem Dei, quæ tamen sunt media ad veram felicitatem. E contra amplectitur voluptatem, divitias, quæ tamen sunt impedimenta veræ felicitatis, &c. Segn. Manna 26. Maji n. 2.*

Sapientia mundi potius est astutia, & tendit ad deceptiones: Cain decipit fratrem Abel, Rachel simulata ægritudine occultat idola patriis. Thamar assumit alienas vestes ut decipiat Judam. Amon fingit morbum, ut forem supplantet. Abalton peregrinatur, ut populum pervertat. David Uriam morti exponit, ut tegat adulterium. Roboam nova idola fingit, ut impediatur peregrinatio in Jerusalem, &c. Sanch. 6. par. c. 10. f. 836.

295. *Excusat peccatum variis modis.*

Mira res, Pontifices & Pharisæi fuerunt interfectores Christi, & tamen nullus vult esse reus: Judas excusat se iniquus: ego quidem vendidi, verum monui Pharisæos, quod erraverim, *Peccati tradens sanguinem justus.* Synagoga se excusat, inquit nos quidem consilium inivimus, sed postea tradidimus Præsidi Pilato: *Nobis non licet occidere quemquam.* Pilatus se excusat, inquit: ego quidem sententiam tuli, sed omnem movi lapidem ut ei vitam conservarem, lavi manus, *Innocens ego sum a sanguine justus hujus.* Dæmon se excusat inquit, ego quidem Judæos inflammavi, sed postea mortem illius impedire studui per somnium Uxoris Pilati, &c. Ita hodie mundus excusat peccata &c. B. ser. 50. n. 34.

Rex Saul iustus est a Deo Amalecitas intereccione delere. Paruit Saul, sed imperfectissime: delictis enim ignobilioribus, meliora reservavit. Quia audacia prætexit Religionis? factus animal ex milite sacerdos, pinguiora animalia sacrificavit, putans, hoc gratius obsequium fore Deo, quam si iusta exqueretur. Quamobrem autoritate Dei nuntiatur illi est, quod stulte egerit. Sic hodie mundus fit: contra mandata Dei

EXCO-

excogitantur frivola excusationes, etiam sub specie honestatis, & pietatis. Sapientia hæc mundi stulta est coram Deo &c. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 4. §. 7.

296. *Stultescit sine Dei gratia.*

Achitophel in consiliis perspicacissimus, quia una vice consilium suum ab Absalone non acceptari videt, desperandum se suspendit. Quid stultius? A. 1. lect. 4. n. 22.

Homerus Poeta felicissimus, quia piscatorum ænigma solvere nequit, præ tadio moritur. Quid stultius? Aristoteles Philosophorum Princeps, quia Euripum seu fluxum, & refluxum maris capere non valet, se aquis submergit. Quid stultius? A. 1. l. 4. n. 23.

*Homo sanctus in sapientia permanet ut sel, stultus ut luna mutatur.* Cur sapientia mundana, seu mundanus comparatur lunæ? 1. Luna variat luminis vices, nunc cornuta, nunc semiplena, nunc obicularis apparet: sic mundanus, lunaticus, & inconstans est, velut Mahometes, qui in Alcorano ambulator, se patrem lunæ deciduum celo restituisse. 2. Luna, quæ cælum respicit, non lucet, quia non superiori, sed solum inferiori parte illuminatur: ita quæ pulcra nobis videntur, in supremi Numinis conspectu obscuræ sunt, & qui nonnunquam Sancti videntur, coram Deo impuri sunt. 3. Luna suis mutationibus infirmitates facit instabiles & inconstantes: ita & mundana facit hominem facit fallacem, inconstantem, voluptuosum, & vitiosum &c. C. Prov. 27. v. 12.

Quodsi facit hastulæ mundi a Viris Sanctis & timoratis sapissime salutaris, & mendacii vincitur, quanto magis verum verissimum est, quod sapientia mundi stultitia sit coram Deo!

Mundana voluptates.

297. *Sunt molestia, & magni labores.*

EX David post degustatas voluptates fatetur: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Ubi S. Basilus: *Illusio, & vanitas est carnis concupiscentia.* Et S. Chrysostomus: *Res enim hæc non est voluptas, sed umbra voluptatis.*

Certe mundus imaginationibus satiat, quod penam credit, penam non est, nec voluptas, quod voluptatem. In mundanis delectationibus innumerabiles sunt

molestia. Bene nobilis ille Rolandus dum tota die fastidulo, & equorum cursui tempore attivo vacaret, dixit: quando incipiemus recreari, & quiescere? &c. B. ferm. 14. n. 34. & seq.

Esau post venditam primogenituram abiit parvi pendens pasturam: sed postmodum irruit clamore magno: Tu o peccator nunc non sentis dampnum, quod incurris per peccata, sed in fine irrogas tuo detrimentum: sicut bos alligatus non sentit finem, nisi abiturus: ita ait S. Bonaventura, *Peccator non sentit vinculum peccati dum perpetrat, sed tunc vincula sentit, dum anima infelix a corpore recedit.* B. ferm. 18. n. 27.

Sifara a blandiente Jabele clavo configitur, ita peccator a voluptate perimitur: *Talis mulier, ait Berchorius, est diabolus, vel caro, vel mala mulier &c.* B. ferm. 24. n. 37.

Lyfimachus Rex, teste Plutarcho, regnum pro haustu frigidæ vendidit, & postea exclamavit: *Quam brevis voluptatis gratia est, ego me servum feci.* B. ferm. 17. n. 31.

Voluptates mundi sunt velut somnium surgentium. Somnium dormientium delectant saltem quamdiu durat, sed fomina surgentium nihil sunt, nisi insomniata res, & assilictio. B. ferm. 18. n. 13.

Præterea terrena voluptas intrinsecam suam molestiam, & fastidium habet; ideo a S. Gregorio comparatur tineæ, conformiter ad illa verba S. Job: *Consumuntur quasi a tineæ: Nam 1. Tineæ corrodit pannum sine fonitu: ita carnales incontinentiam perdant, & tamen grandia hæc detrimenta ignorant, & non agnoscunt. 2. Tineæ sibi domum consumendo ædificat, & tandem seipsum consumit: ita gula & luxuria carnem, in qua exoritur, corrumpit, ac tandem consumit &c. C. in Ol. 5. v. 12.*

*Ritus dolore miscetur, & extrema gaudii luctus occupant.* Causa est, quia voluptates mundi comitem habent malam conscientiam, quæ semper voluptuosos cruciat. Item voluptates mundanorum consistunt in gula, crapula, libidine, quæ nauseas, & morbos creant. Sic mel a stomachis biliosis in fel convertitur, & aquæ fluviorum dulces desunt in amarum mare. Voluptas & dolor coram Jove ligabant, cumque pace componi non potuissent, catena colligati sunt in mutuum penam. Hinc non est voluptas sine dolore, nec dolor sine voluptate. C. Prov. 14. v. 13. Item C. Eccl. 2. v. 8.

298. De-



298. Desinunt in miseria.

Comptum habetur, quod caro humana, quanto delicatius nutritur, tanto post mortem turpius foetcat. Sophia Reinerii Marchionis filia in Monasterium sepulta tantum foetorem exhalavit, ut fratres ex illa parte Monasterii per annum habitare non poterint. E. Deliciae n. 1.

Ipsa mundana voluptas in se jam misera, & contemptibilis est: 1. Quia exigua seu modica est, omnisenim creatura modicum esse accipit a Deo. 2. Quia vilis est, id est, carnalis, terrea, sordida. 3. Quia infatigabilis est; ritillat enim, non satiat animam. 4. Quia brevis est, caduca & momentanea. 5. Quia instabilis est, & fluxa instar fluentis aquae. 6. Quia falsa est, nunquam sincera, pura, & liquida, sed multis molestiis mixta. 7. Quia insensibilis est intus, tantum enim corpus perfringit, non ad animam penetrat. 8. Quia infidelis est, & spem quam promittit non praestat. 9. Quia incerta est, & facile a malo contrario v.g. a fure, ab incendio, a mari everti potest. 10. Quia fallax est, & facile se ab amante per mortem separat. 11. Quia infirma est, & sicut palchritudo a morbo facile evertitur. 12. Quia perniciosa est, ducitque ad dolores praesentes, & aeternos. C. Eccles. c. 1. v. 2.

Quid infelicis, quam deceptiones, curae, timores, & pericula, quibus voluptuosi decipiuntur: pathetica est parabola S. Joannis Damasceni hanc in rem: Quidam a facie parentis unicornis fugiens in scroben incidit: ibi e ramo se tenens, ut in barathri fundo draconem conspexerit, melle tamen, quod e ramo sudabat, contentus, securum se putabat. E. Deliciae n. 4.

Urli dam apum melli inhant, cuspidibus ferreis, quas venatores circa arborum occulant, vulnerantur, & capiuntur. Scarabaei vivunt in stercoreibus, moriuntur in rosis. Septempagani mel colligunt ex foliis arborum, quod homines insanos facit, dum enim hoc Pompeji militibus propinassent, tres eorum cohortes trucidati sunt. Sirenes superius formosae mulieris speciem gerunt, inferius in horridam draconis caudam desinunt, qua accedentes implicant, & necant. Panthera cute variegata, & odore suavissimo allicii hinnulos, capras, & dorcades, appropinquantes autem capit & devorat. Ita in omnibus se habet deceptrix volu-

ptas: blanditor, ut petimat! hinc verissime S. Chrysolomus: Voluptas brevis est, & temporanea, dolor autem perpetuus, Gen. in fine carens. C. Apoc. 18. v. 7.

299. Infelicem exitum post se trahunt.

Ducunt in bonis dies suos, Et in puncto ad inferna descendunt. Festiva gaudia impiorum in eo consistunt, quod frenata laxent suae cupiditati superbiae, avaritiae, luxuriae, gulae, irae, aecidia. Et quid fit? in puncto, hoc est in momento ad inferna descendunt, ubi loco superbiae erunt mancipia Satanae catenis vincula: loco avaritiae patientur miserabilem egestatem, loco luxuriae corrodentur a bostonibus & serpentibus tartareis. Loco irae insultabunt illis implacabiles inimici. Loco gulae patientur famem & sitim. Loco aecidia haerebunt mersi in alta desperatione. Et haec tormenta tanto erunt graviora, quia in momento venientia, cum in hoc saeculo felices in puncto transiunt ab uno extremo ad aliud. Segn. Manna 18. Febr.

Luxuosissimum quondam convivium fuit Leodii. Comes Vvafusenensis ad mensam invitavit Consullem Ruellium una cum aliis magni Nominis Viris. Ab initio hilariter editur & bibitur, dein in cubiculum intrant quinquaginta armati milites, iussu Comitis Ruellium abripiunt, confessionem cito peragere jubent, & gladiis illum confodiunt. Par forte fors fuisset ceterorum convivarum, nisi rumore evulgato cives ad arma concurrissent, qui in domum armati irruentes Comitem aecia obruturarent. Sic voluptates mundi terminantur. Theat. Trag. hist. 38.

Lacus est in Burgundia, supra cuius aquam fit limus, qui adeo durefcit, ut continens esse videatur: pedes super illum secure ambulant, sed equites, curruque mergantur. Limus pluvio & nebuloso calo non emergit, sed si serenitas est futura. VV. an. disc. Font. 28. ex. 16. Tu voluptates mundi patas esse continentem: aliquandiu te fert, sed si licentiosus tanquam equus & curibus super eum petulcure volas, eheu! mergeris. Quomodo enim bibisti? bibent omnes gentes, Et bibent, absorbeunt, Et erunt, quasi non sint. Peccator, qui bibit calicem voluptatis, bibiturus simul est calicem afflictionis; calix enim iste, qui mel voluptatis continet, in sel tribulationis desinit. Fluvius Hispanis dul-

Job 21.

Abdias v. 16.

Her. an. lib. 2.

dulcis, & amarus fuit, paulo post autem amarissimam aquam fudit. Ita voluptas carnalis: delicia cito deflorescunt & amaritudinem relinquunt, ait Cicero. Et merito: aeterna Dei lege sancitum est, ut illicita voluptas pariat radia, angores, & ulcricis conscientiae furias. Deus illam vindicat, & castigat non tantum in hoc, sed & in altero saeculo, juxta illud: Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum! C. in Abdie v. 16.

Mundana pompa & luxus.

300. Est inimica Christo.

Magdalena Angelos apud sepulchrum non quaesivit, ubi posuisset eam, si cur quaesivit hortulanum: Quare? Angelus erant compri & elegantes juvenes: propeera non credebatur Magdalena, quod Christus se apud ipsos detineat, sed apud humilem hortulanum. B. ferm. 41. n. 13.

Christus Dominus ab infantia humilis averfatus est humanos applausus: in stabulo natus, in officina fabrilis usque ad vilem aetatem delituit, cum populus illum ob visa prodigia in regem eligere vellet, fugit in montem ipse solus, Pilato interrogante se regem esse dissimulavit, & praecipue in aula Herodis hanc humilitatem demonstravit: gavifus est ille viso Christo, sperabatque ab eo videre miraculum, hinc de discipulis, & doctrina ejus multis illum interrogavit. Verum Dei Filius nec verbulo illi respondit: Quare? quia desuper falligia eorum &c. Potuisset autoritate regia, & armatis exercitibus mundum convertere, sed noluit, quia hoc sine pompa & plausu fieri non potuit. Postus ad fundandam Ecclesiam duodecim viros, rudes & humiles elegit. Ideo interrogatus reposuit, regnum meum non est de hoc mundo &c.

Christus Dominus ad Pilatum dixit: Regnum meum non est de hoc mundo! Quare non? quia mundus est luxuosus, superbus, iactabundus, pompofus, & superciliosus: econtra percurte vitam Christi universam, a stabulo nativitatris usque ad mortem crucis, & non invenies, nisi signata paupertatis, & humilitatis, ait S. Ambrosius &c.

301. Quanta vanitate & sumptibus luxuriae consistat.

Quid infans infelix, & vana luxuries decurris ad Indos, Erithrazi maris undas

velo, remoque sollicitas: pelago te credis, infidit monstro: ventorum ludibrio te committis, & profundo mari tibi expificatura materiam, & candidas baccas detraatura conchis, & candidas baccas scilicet adenda quasi manubias pretiosas: undosa regna lustranda, seruatid recessus intimi scopulorum, aquarum penetrantia vestiganda, ut pendeant ex auribus pretia praediorum, ut appendantur vermicibus seminarum integra patrimonium quasi trophaea luxuriae triumphantis &c. S. p. 10. fol. 578.

Quantus fuit luxus & superbia Neronis in aedificando palatio! In nulla re fuit damnosior, ait Suetonius, quam edificando. Domus ejus tota Roma, & Roma domus ejus videbatur: Colosseum statuit, suam effigiem centum viginti pedum. Tanta fuit aedium laxitas, ut porticus triplices millenarias haberet. Idem luxus fuit Caligulae, Tarquinii & aetorum, qui postquam subditos tributis emunxerunt, tandem ad rapinas conversi sunt &c. C. Jerem. 22. v. 13.

Julius Caesar ingens palatium sumptuose aedificat, sed quoniam aedificatum haud bene placuit, fuit antium destruit & de novo erigi iussit. Cajus Caligula navim ex cedro aedificat, puppim pretiosis untonibus ornat. Cleopatra aurata navi invehitur, vela erant ex purpura, remi ex argento, qui ad concentum musicum regabantur, illa ut altera Venus erit ornata, ut sic animum Antonii caperet. D. 10. 72.

Majestas principum ex se similis est ciphrae, quae vocatur Nulla, ex se enim est inanis circulus o nihil numerans, nisi aliis numeris adjungatur. Ita Majestas terrena ex se nihil est, nisi splendorem ex regnis, & militibus, & famulitio sibi accersat. O quanto molimine agunt Principes, ut hunc splendorem sibi augeant! Rex Xerxes condavit exercitum, continentem septendecim centena militum milia, & tamen e specula contempsum hunc exercitum dicitur versisse, cogitando, quod post centum annos ex his omnibus nec unus futurus fit in vita superstes. C. Eccles. 1. v. 2.

302. Est transitoria, & vanissima.

Seneca ait: Quid stupet huius mundi divitias? pompa est: ostenduntur res istae, non possidentur, & dum placent, transeunt &c.

Augustus moriturus ad amicos: An non personam meam in hac mundi fabricula

Caton. in VII. Ner. c. 31.

bula commode egit eni hac mundana, non vera, sed fabula sunt. S. punct. 22. fol. 640. ad finem.

Rex Salomon erat ditissimus: ab exteris regibus pro tributo annuatim recipiebatur sexcenta sexaginta sex talenta auri: a Rege Hiram centum viginti talenta: a tribubus Judaeorum mille quadringenta quadraginta talentorum &c. D. 3. 30. Et tamen exclamavit: vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Ps. 36.

Vitae impium superexaltatum, & elevatum supra Cedros Libani, transivit & ecce non erat. Impius est superexaltatus, quoad splendorem externum, est elevatus quoad tumorem internum, & quidem supra Cedros Libani: quia putat se esse immortalem: ita amat mundi applausus, pecunias, dignitates, corporis voluptates, quasi nunquam esset moriturus: & quid sit? Transivit, & ecce non erat. Hoc est, vix unum vel alterum gressum fecit, dispersit cum omni pompa, nempe cum speciosis rhedis, quae plusauro coruscant, quam altaria: cum famulorum grege, quibus alendis subtrahuntur pauperibus elemosynae: cum equis & stabulis, quorum mundities plus curatur, quam templorum &c. Addit David: Quaesivi eum, & non est inventus locus ejus: quia non solum deservit Principes, sed ipsi Principes. Ubi nunc est decantata illa Monarchia Romanorum, Medorum, Macedonum, Assyriorum? disparuerunt, nec civitas una, nec domus una superest. Segn. Manna 28. April. n. 1. & seq. Vide Augustinum Paol. Dom. 5. post Epiph.

Mundana pompa comparatur mari, sicut affluxum maris paulo post sequitur refluxus: ita rerum caducarum affluentiam mox sequitur refluxus, ait Philo. C. Exod. c. 2. v. 14.

P. Bartholomaeus Bustamantius S. J. de vanitate hujus mundi & fallacia saepe cum gemitu dicebat: Quid de tot Proceribus, tot Principibus, quos novi, actum est? ubi sunt? Novi Carolum V. tanta cum majestate, novi tot Pontifices, Cardinales, Antistites, Doctores, Viros celeberrimos, & jam non sunt! &c. hac cum lacrymis & singultibus, quibus in omnium animis contemptum mundi reliquit. T. n. 205.

Ecl. 1.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, exclamavit Ecclesiastes, hac vanitas consistit in rei inanitate, brevitate, mutabilitate, incertu, fallacitate, fraude & mendacio. Creaturae omnes respectu creatoris sunt vanissima, quia sunt quasi

non ens, & nihilum: Substantia mea tanquam nihilum ante te. 2. Quia nulla creatura potest hominem beatre, aut illius desiderium saturare. 3. Quia homo sua stultitia rebus creatis abutitur ad vanitates, v. g. ad explendas concupiscentias, quibus interitum sibi accersit. C. Ecl. 1. v. 2. & 3.

Ubi Nini inclytum nomen? ubi Assueri supra centum viginti septem provincias dilatata sedes? ubi Cyri tot laboribus comparata gloria? ubi Craei immensum aurum? ubi Darii regnum &c. C. Ecl. 1. v. 2. & 6.

Nihil sub caelo solidum, omnia sunt inania, mutationi perpetuae obnoxia, breviter, caduca, euntia, & abeuntia. Sicut ciphra o (dicta Nulla) si a numero folido separatur, nil efficit, nec est numerus sed inanis circulus, est decies, centesies multiplicetur: ita pompa mundi, omnifera creatura inanis est, nisi Deo adhaereat. C. Ecl. 1. v. 2. & 6.

Mundana Prosperitas.

303. Plena est amaritudine.

Zeuxes uvas tam artificiose pinxit, ut volucres caeli advolaverint: omnibus spectatorum applaudentibus ipse sibi successit, quod puerum, qui botrum tenebat, non adeo vivaciter expresserit, ut volucres advolare formidarent: quod Zeuxes incurtus praetermisit, hoc de industria omittit demon: prosperitatem hujus mundi amanissimam proponit, sed pericula, ac amaritudines comites omni studio abscondit. B. ferm. 4. n. 3. seq.

Ille, qui ex calice mundi bibit, gemebundus exclamavit: Inebriatus me absynthio, felle & labore. O miserus, qui eo amplius sicut! S. p. 65. f. 223.

Nihil est in mundo absque tristitia, rosa habet spinas, conjugium viduitatem, vite splendor post se trahit ignominiam, deliciae facietatem, sanitas infirmitatem, &c. Ait S. Basilius, C. Gen. c. 3. v. 17.

In mundo omnia sunt mixta & turbulenta: non crescit felicitas granum sine zizaniarum immixtione: sicut nulla rosa sine spinis, ita nulla voluptas sine dolore: quidquid humanum est, variis agitur vicibus, & continuis subiacet mutationibus. Paoletti Dom. 5. post Epiph.

Lia est foecunda sed deformis, Rachel formosa sed sterilis. C. Gen. 29. v. 31.

Sultanus Regis Galliarum captivus, nunquam ridere visus, nisi unica vi-

ce,

ce, quaevis causam risus, reposuit, se considerasse mutabile fortunae ludibrium. Hoc responso, Rex utriusque fortunae memor Sultanum dimisit. T. num. 211.

Sesoftris Rex Aegypti adeo ambitiosus, ut quateris regibus devictis ad trahendum currum suum uteretur, cum ab uno regum admoneretur, ut in volubili curru rota instabilitate fortunae confideraret, mansuetior & humilior factus, regibus subactis pepercit. C. Ita. 24. v. 10.

304. Merito simenda ut suspecta.

Quadruplex hominum est genus, ait Chryostomus, aliqui culpas suas & in hac, & in altera vita solvunt, ut Judaei: alii solum in altera, ut Epulo: alii solum in hac, ut impurus Corinthius, alii nec in hac, nec in alia, sed ut innocentes affliguntur, ut Job, & Joannes Baptista: quapropter homo in prosperitate nec latari, nec in adversitate tristari debet, cum neciat, ex quo genere sit. B. ferm. 32. n. 36. Gaudent quidem & tripudiant peccatores dum omnigena felicitate fruuntur: verum S. Augustinus ait: Nihil est infelicis felicitate peccantium. B. ferm. 52. num. 12.

S. Aug. ep. 5. ad Thimo.

Bos, qui diu in pinguibus pascuis fatigatur, brevi post ad macellum ducitur. M. conc. 23. ass. 1. n. 4.

Favores hujus mundi revera sunt odia, quia nocent. Paoletti Fer. 5. post Dom. 2. Quadr.

Ugolinus factionis Quaeplorum Princeps die natali omnes suos ad convivium convocavit: ibi unum interrogavit, quid devictis Gibellinis jam sibi desset: Et ille audacter reponit: Ira Numini! & verro vaticinium fuit! nam repente a Gibellinis armatis in domo sua occupatus in turrim cum duobus filiis coniecit, ubi fame contabuit, ne ultimis quidem morientium subsidii, uti rogabat, impetratis. C. Ex. 32. v. 6. f. 578. c. 2.

Dantur pueri immorigeri, qui austeritate penarum aut verberum non emendantur, sed obstinatiores fiunt. Quid agit parens? Ut filius penam delicto commertur, illi blanditur, & dona largitur, ut illum mansuescere faciat. Sic saepe Deus peccatori, quem adversis corrigi non possidet, prosperitatem indulget &c.

305. Est inimica Virtutis.

Eliseus duplicem spiritum Eliae petiit, quia praevitit se in Principum aulis, in

hominum applausu & honore victurum. B. ferm. 32. n. 37.

Israeletz pro prosperitate, & abundantiam rerum terrenarum depravantur, sed deinde per afflictionem captivitatis corriguntur. B. ferm. 52. f. 3.

Sara in Aegypto habebat periculum impudicitiae, non vero in Chanaan, quia hic egestas erat, ibi vero prosperitas rerum omnium. B. ferm. 65. n. 19.

Chryostomus de filio prodigo ait: In crassitie fratres mei, calcitrans, scilicet morte belluarum, quae quo pinguiores sunt, eo plus fini ejiciunt. S. punct. 47. fol. 171.

Nimia humorum copia, nimia pinguedo, nimius fulgor excacant: S. David id noverat: Ab altitudine diei timbo, id est, in ipso fulgore, dum prospera omnia succedunt, timeo, ne vium amittam: Ecce lumen oculorum meorum non est mecum: Ex tanta claritate filius ejus Salomon excacatus est, ait Bern. S. p. 41. f. 171.

S. Aug. interrogat: Quis facile recedit. S. Aug. datur Deum, qui semper felix est? O quam verum! fere nullus! S. p. 43. f. 175.

Sicut fluvius, cum undis intumescens, extra ripam exerrant: ita homines prosperitate elati facile extra viam mandatorum exerrant. Segn. Manna 24. Apr. 1.

Quare Sodomitae erant homines pessimi? quia habitabant in ubere regione, quae irrigabatur sicut paradisus.

Saul antequam fuit ad regnum evectus, erat valde bonus juvenis. Postquam rex factus est, intumuit, & mandatum Domini transgressus est.

306. Est vanissima & transitoria.

Utiq; modo non petissis quidquam. Ita ne? non petierunt quidquam? an non petierunt federe ad dextram, & sinistram? an non petierunt honores, divitias? &c. Verum quidem est; sed quoniam honores, divitiae nihil sunt, ideo merito dicit Christus, nihil petistis: Salomon expertus est, postedit omnia, quae mundus magni facit, & exclamavit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas! S. p. 64.

Circumrotatio transverru sensum? Paeriludentes fe interdum circumrotant, & fe omnia circuire putant, dein in terram prociidunt: sic circuire & evanescere videtur mundus, transeunt domus, palatia, honores, & dein cadimus nos in terram, in sepulcrum. S. p. 64. fol. 222. Item C. Ita. 24. v. 10.

Quid saeculi potest esse diuturnum, quae-

quirit S. Ambrosius, cum ipsa non sint diuturna secula? S. p. 65. f. 224.

De illis, quibus dicitur: *Dii estis paulo post subjungitur*, sicut unus de principibus caderis. M. conc. 23. aff. 1. n. 3.

Potentes & divites sicut foenum arefcunt: Rex Ezechias dum ob victoriam felicem fe reputat, morbo corripitur. M. conc. 23. aff. 1. n. 6. seq.

Prapofius pincernarum fomnium habuit, fe in pifinum honoris gradum

rediiffe: ubi Ambrosius: bene fomnium habuit, quia omnis regum potentia fomnium est. Reges in Apocalypfi dicuntur quasi reges, quia velut in fomnis regnant, ait Auguftinus. Siquis in Germania confulatu fungitur, non ideo honoratur, fi ad barbaras nationes deveniat: ergo honoribus nihil folidum inest, alias sicut ignis non perdit calorem, fi nullibi perderent reverentiam, ait Boethius. S. p. 20. fol. 626.

## LIBER DECIMUS DE PROFANIS.

### CÆLUM.

Sydera. Sol. Luna.  
Stelle. Cometa.

### MUNDUS.

Regna & Provincie. Europa.  
Africa. Asia. America.

### ELEMENTUM AERIS.

Aer. Vent. Frigus. Æstus seu calor.  
Nubes. Pluvie.  
Grando. Volucres.

### ELEMENTUM IGNIS.

Ignis. Ignes fatui. Fulmina. Tonitrus.  
ELEMENTUM TERRÆ.

Terra. Montes. Urbes.

Animalia terreftria.

### ELEMENTUM AQUÆ.

Aqua. Aqua Marina. Aqua Medicate.  
Fontane & salabres. Putei & fontes.  
Lacus & Siagna. Mare. Oceanus.  
Pifces.

## C. Æ L U M.

### 1. Empyreum quam spatiosum fit.

XXXXXX distantia cæli a terra immensam illius ambitum quoque dammodo defumere licet: quo enim major est altitudo, eo spatiosior est circumferentia: est autem cælum ita altum, ut si homo quotidie centum milliaria sursum scanderet, per bis mille annos nec dum cælum empyreum attingisset. C. Gen. c. 1. v. 16.

Si lapis molaris de cælo caderet, per nonaginta annos continuo laberetur, donec terram attingeret. C. Gen. c. 1. v. 16.

Aliqui Astrologi auti sunt metiri spatium podit cælestis, ubi beati habitant, & calculum fecerunt, quod contineat in ambitu quater mille septingenta, & sexaginta septem miliones septingenta, & sexaginta septem milliaria. B. ferm. 53. m. 12. C. Gen. c. 1. v. 16.

Intuere sydera cæli quam innumerabilia sint, & tamen in spatii intermediis

innumerabiliter alia adhuc interferi possent: scito autem etiam minimam stellarum esse decies octies mundo universo majorem, quantum igitur est spatium, quod tam innumeras stellas capit, hoc autem tantum est cælum sydereum: quantum amplius ergo erit cælum empyreum. B. ferm. 53. n. 12.

Luna a terra elevata est 120630. miliaribus. Sol quatuor millionibus miliarium, cælum stellarum fixarum octingenta miliaribus &c. D. 1. 8. P. 2. dif. n. 3. C. Gen. 1. v. 16.

Exclamat Propheta Baruch: O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessio ejus. Magna luminaria cæli sunt signa hujus magnitudinis: ibi innumerabiles sunt stelle, quarum minima major est decies, quam mundus. Intuere spatia intermedia, quam immensa sint. Jam si tam magnam est cælum stelliarum, quantum erit empyreum. Bone Deus, quot miliones miliarium continebit tota amplitudo! B. ferm. 53. n. 11.

2. Te.

### 2. Testis est potentie, & maiestatis Dei.

*Cæli enarrant gloriam Dei: Quomodo enarrant?* Resp. Chrysofostomus. Tacet cælum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorum emittit per oculos, non per aures nos docens. S. p. 120. f. 374.

Architecti, qui mira opera produxerunt, ut Semiramis, quæ hortos pensiles, Cæspion qui templum Dianæ, Salomon, qui templum Hierosolymitanum, Philippus II. Rex Hispaniarum, qui Escuriale ædificavit, immortalis memoria celebrantur. Sed quid hæc punctula ad cælum? Deus immensum cæli fornicem 1. sine prævia materia aut apparatu. 2. Sine columna aut fulcramento. 3. Sine labore & conatu uno verbo produxit, & hæc sine reparacione conservavit.

Descrībendo cælo nemo par est, ait S. Hieronymus: *Nec oculus vidit, nec auris audiit, nec in cor hominis descendit.* Eni tribus mensuris amplissimis utitur Apostolus ad scribendum cælum! Vide Procliti Dom. 2. Quad.

Cæli enarrant gloriam Dei, quia a Deo acceptum 1. Naturam incorruptibilem. 2. Immenfam magnitudinem. 3. Perfectissimam & pulcherrimam rotunditatem. 4. Motum celerrimum & perpetuum. 5. Varietatem orbium, eorumque inter se miram concordiam. 6. Eorumdem motus diversissimos, & tamen ordinatissimos. 7. Syderum decorem, multitudinem, & efficientiam. 8. Præfides Angelos, qui orbis hos regunt, & rotant. 9. Lucem miram & variam. 10. Generalem vim produçendi, vivificandi, & conservandi res sublunares. 11. Mirum ornamtu, ut fit templum Dei, Angelorum, & Beatorum. C. Dan. 3. v. 59.

Longitudo & latitudo cælestis Jerusalem continet 1500. Milliaria Italica &c. C. Apoc. 41. v. 16.

### Sydera.

### 3. Sunt signa Providentiæ, & potentie Dei.

*N*olite in sublime tolli, id est, intuentes lunam, sydera, & anni rationem, sed confidite providentiæ Dei. Hæc gubernat mundum, & omnibus necessaria distribuit. S. p. 78. fol. 249.

Terra protulit herbam virentem, antequam Deus stellas creavit. M. conc. 20. aff. 2. n. 8. Quo indicare vult Deus, sydera non esse causam fertilitatis terræ, sed suam Providentiam.

Nihil ita ornat cælorum machinam, ac pulchritudo firmamenti, utpote quod tot quasi gemmis, pyropis, & adamantibus, quot astris resplendet; indeque dictum est cælum quasi syderibus cælum. Imo quot astra, tot tadæ, & igneæ faces in cælo collucent, totique mundo prælucent. Stellæ suo ordine, motu, influxu, & varietate quasi milites Dei, aciem sui exercitus ordinatissimum representant; unde Deus Sabbaoth, id est, exercituum, scilicet Angelicorum sydereorum nuncupatur. C. Eccl. 43. v. 1.

Homines sancti intuitu cæli syderum quasi nauseam conceperunt totius mundi: sic S. Ignacius: *Quam fordet mihi terra cum cælum aspicio!* S. Fulgentius cum Romanum Senatum intueretur, aiebat: si sic fulget Roma terreftris, quomodo fulgebit Solyma cælestis. Sic Juvenis Machabæus, S. Symphorianus, S. Stephanus intuitu cæli in martyrii doloribus confortati sunt. C. Eccl. 43. v. 1.

Hinc Sancti sine fine suspirabant in cælum, sic Simcon Silites, S. Mechthildis a Deo de sua salute certificata, & alii Viri timorati, & sancti quotidie proficiunt in abdicatione rerum temporalium, ut sic per virtutes, quasi per scalam Jacob ascenderent super sydera usque ad domum Dei. C. 2. Petri 3. v. 13.

### 4. Non agunt in voluntatem humanam.

S. David ait: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Non dicit adulterum me fecit Venus, latronem me fecit Mars, avatum me fecit Saturnus &c. S. p. 25. f. 106. In Nativitate Christi Domini nova stella orta est, de qua S. Gregorius, non stella pueri, sed, ut ita dicam, puer fatum stella fuit. Brev. die 2. inf. ocl. Epiph.

Astrologi sape ex horoscopo pueris recens natis felicissimam sortem variocinati sunt, qui tamen in juventute mortui, aut eam felicitatem nunquam assecuti fuerunt. Econtra obscuris syderibus geniti ad summas dignitates ascenderunt. VV. art. dife. font. 94. ex. 4.

Nocturno tempore cælo sereno saepe videtur scintilla & stellis decidua, qua stellæ se purgare dicuntur: invenitur etiam in campis & agris viscosum ejusmodi phlegma, quod creditur decidisse, hoc phlegma locum illum palmarem terræ sterilem facit. Sed si purgetur, terra illa fodiatur, fletoretur, aut alia terra superinjesta tegatur, fit tam fecunda, quam quavis alia. Postro etiam quod sydera influant